



Caja
A-44

~~8-1-7-9~~ ~~7-7~~

Index seu summariam sequentis
Tractatus et eiusdem diuisio

Diuiditur sequens Tractatus in duas partes principales in prima agit de efficacia diuina gratia in qua potissima difficultas huius operis consistit et comprehendit quadraginta duas priores quaestiones. Secunda pars continet alias duas quaestiones appendices alteram de equalitate vel inaequalitate auxiliorum in eo qui conuertitur et in eo qui non conuertitur alteram Vtrum Deus moueat ad actum peccati &c. de his agit sectio quadagesima 1 et 44

Prima pars in alias partes subdividitur in prima explicatur status controuersiae et comparatur cum controuersia quae olim fuit inter catholicos Lutheranos et Caluinistas de quo sectio 1^a. In 2^a parte quae absoluitur 2^a et 3^a sectione explicatur Prima sententia Catholicorum quibus cum instituitur haec disputatio proponuntque eorum fundamenta. In 3^a parte a sectio 4^a usque ad 2^a explicatur vera sententia et eius fundamenta tam ex auctoritate quam ex ratione petita. In 4^a parte a sectio 33^a usque ad 2^a iuxta praedictam sententiam explicatur concordia libertatis cum dependentia a prima causa cum uirtute et efficacia gratia et perfectione diuina providentia

Omniumque sectionum index et rerum quae praecipue uita sunt summariam sequens est,

Primum in quo potissimum attinguntur aliqua rationes propter quas maxime debeat S. D. n. Papam hanc controuersiam sua definitione dirimere

Quaestio Principalis utrum ad actus super naturales eliciendos constituenda necessario sit innotuere

involuntate aliqua gratia praeveniens ita de se effi-
cax ut eidem posita voluntas non possit resistere,

§ectio Prima explicatur status controversiae sententia
Pelagianorum et Semipelagianorum exponitur num 4^o
et sequentibus controversia quae olim fuit Augustino cum
Pelagianis et Semipelagianis numero 9 et sequentibus.

Quantum differat sententia Doctoris Molinae a sententi-
a Semipelagianorum numero 10 et sequentibus
An praesens controversia cum adversariis catholicis sit
eadem quae agitur inter catholicos ~~et~~ Lutheranos et
Calvinistas circa efficaciam gratiae et libertatem arbitrij
numero 17 status praesentis controversiae numero 18

§ectio 2^a Prima sententia quorundam Catholicorum
exponitur. ~

§ectio 3^a eadem sententia autoribus destituta osten-
ditur et eorum fundamenta proponuntur

§ectio 4^a Vera sententia duabus conclusionibus ex-
plicatur. ~

Prima conclusio Auxilium praeveniens internum consistit
in invocatione quae partim ad intellectum partim ad volun-
tatem pertinet nec praeter illam est ponendum aliud auxi-
lium praeveniens per modum applicationis vel actualis
promotionis physicae num 1^o conclus^o omni gra^o praeveniens potest
voluntas resistere etiam in sensu composito num. 2^o ~

§ectio 5^a Prima conclusio praecedentis sectionis pro-
batur auctoritate Conciliorum et Pontificum ~

§ectio 6^a

Sectio 6^a Eadem conclusio per testimonys Ambrosij et Augustini et quod per invocationem Deus facit ut velimus

Sectio 7^a Explicatur ratio illius proloquij Deus facit ut velimus Conciliantur uaria loca quorum aliqua asserunt Deum solum operari nostrum velle alia vero Deum operari non sine nobis

Sectio 8^a Expenditur caput 32 Enchiridion Augustini

Sectio 9^a Eadem prima conclusio per testimonys aliorum Patrum,

Sectio 10^a Divus Thomas eidem conclusioni consentire ostenditur et uaria eius loca. quae videntur aduersarijs fauere explicantur

Sectio 11^a Eadem conclusio probatur ratione

Sectio 12^a Secunda et principalis conclusio sectionis quarta ex priori conclusione sequi manifeste ostenditur

Sectio 13^a Eadem secunda conclusio probatur testimonys

Scripturae sacrae,

Sectio 14^a probatur eadem conclusio de firmitioribus sancti Concilij Tridentini quae late expenduntur et aduersariorum interpretationes excluduntur

Sectio 15^a Probatur etiam testimonys Summorum Pontificum et Concilij

Sectio 16^a Probatur eadem conclusio multis testimonys Augustini quorum quodlibet exacte expenditur et si quae sunt aduersariorum alienae interpretationes excluduntur,

Sectio 17^a traditur ratio interpretandi aliqua Augustini loca Et mens eius intota hac materia explicatur

Sectio 18^a Eadem conclusio similiter probatur multis test.

181
testimonijs D. Thoma Explicantur nonnulla loca D. Th.
qua in contrariam sententiam possent adduci num 46 et 47
Quid senserit Vualdensis de his qui contrariam sententiam
tribuant D. Thoma num 48

Sectio 19^a Probatur eadem conclusio auctoritate graecor.
Patrum, Quod magni facienda sit Graecorum Patrum, aucto-
ritas in hac materia numero 1. et sequentibus.

Sectio 20^a eadem conclusio probatur testimonijs Patrum
Latinorum.

Sectio 21^a eadem conclusio probatur auctoritate scolasti-
corum.

Sectio 22^a eadem conclusio probatur auctoritate Docto-
rum qui contra Haereticos huius temporis scripserunt. Quod
magnificanda sit eorum auctoritas in hac materia num. 1.
Ut praedicta conclusio probetur esse necessaria ad salvandam
libertatem voluntatis creata et ut contraria sententia osten-

deatur inducere necessitatem in nostris actibus explicatur primo
vera ratio libertatis et necessitatis illi contraria. Unde fit

Sectio 23^a Diffinitio libertatis ab adversarijs excogi-
tata excluditur. Eam maxime favere Haereticis ostendit.
num 5 et sequentibus Haereticis admittunt indifferentiam
iudicij rationis num 7 Admittunt etiam Haereticis vo-
luntatem concurrere active ad suos actus num 11 et sequentibus
Quid intelligant Haereticis cum dicant voluntatem habere esse
mere passive num 10

Sectio 24^a Vera libertatis ratio explicatur quae sit

indifferentia

indifferentia qua includitur in rat^e libertatis n^o 8 et sequentibus.

Sectio 25^a Quanam necessitas opponatur libertati. Distinctio necessitatis in sensu composito vel in sensu diuiso quatenus sit admittenda num 8.

Sectio 26^a quod ex aduersariorum sententia sequatur voluntatem dum non operatur necessario non operari.

Sectio 27^a quod ex aduersariorum sententia sequatur voluntatem dum operatur semper necessario operari.

Sectio 28^a Aduersariorum sententiam inducere in nobis actibus eam necessitatem quam Patres docent repugnare libertati. Utrum aduersary in hac parte uideantur re ipsa in sententiam modernorum Hæreticorum declinare num 4 et sequentibus Aduersary solum uidentur ponere in uoluntate indifferentiam negatiuam spassiuam nu^o 7.

Sectio 29 eadem secunda conclusio sectionis quartæ probatur ex sufficientia auxilij eius qui non conuertitur. Distinctio auxilij sufficientis ad posse ead. facere explicatur et in sensu aduersariorum impugnatur nu^o 4 et sequentibus. Aduersary sententia uidentur inclinare in errorem negantium distinctio n^o 5 auxilij sufficientis & efficacis n^o 10 et in errorem dicentium reprobos non posse saluari nu^o 21 auxilium efficax quod sit n^o 25.

Sectio 30 eadem conclusio probatur ex distinctione gratiæ preuenientis & cooperantis. Aduersary consequenter loquentes nec possunt ponere gratiam cooperantem neq. cooperationem arbitry n^o 2 et sequentibus.

Sectio 31 Probatur eadem conclusio quod ex opposita sententia uideantur sequi graues errores, primum quod non statet per uolunt^{is} hominis operari & non operari nu^o 1, 2 non esse

581
aliqua praecepta l esse eorum executionem impossibilem y^s

qui non ad implent praecepta n^o 27

Tertium frustraneas esse praedicationes n^o 7. q^m quod cessaret
necessitas iudicij & retributio praemiorum n^o 8. Opposita senti-
tentia periculosior & magis cauenda in hoc tempore n^o 9.

Sectio 32 quod nra sententia Haereticis nostri temporis
vehementer displiceat quodq^{ue} oppositam ydem Haereticis disertis
Verbis doceant. Differentia quas aduersarij possunt assignare
inter suam & Haereticor^{um} sentent^{as} sunt nulla n^o 12 & sequentib^{us}
sm merito aduersarij velunt suam sententiam credi sicut mysterium
sanctissima Trinitatis n^o 13. Censura Roberti Bellarmini
de sententia aduersariorum n^o 14 ~

Iam ut appareat impraedicta sententia nullam prorsus esse
difficultatem in his que aduersarij opposuerunt scilicet 2^o iuxta
eandem sententiam explicanda est concordia libertatis cum cor-
cursu i^a cause cum virtute efficacia gratie & cum perfectione
Diuinae prouidentie sit ergo.

Sectio 33 Praedicta sententia nihil derogare dignitati
cause i^a ostendit aduersarij negant concursum esse vniuersalem
& indifferentem causa i^a quam negant etj Haeretici nu^o 6 & se-
quentib^{us} concursum causa i^a explicatur n^o 10 et sequentibus
Concursus cause primae ut sic utrum sit naturalis l. superna-
turalis l. abstractent ab utroq^{ue} n^o 17 subordinatio causa 2^a ad
primam & cur Deus dicatur causa prima & de eius priori-
tate n^o 20 & sequentibus Unde deducatur necessitas i^a cause
n^o 26 quid sit causam secundam determinare causam primam
n^o 27 quom^o actus nrae voluntatis reducatur in Deum ut in
primum liberum n^o 28 ~

Ut ostendatur concordia libertatis cum virtute gr^{ae} ex

plicanda

Explicande sunt causae actus supernatis ergo

Sectio 34 quae sint causae supernaturales seu auxilia gratuita actus
Super nates v.g. contritionis Duplex causa moralis et physica
num 1º qualibet illarum explicatur numero 3º et sequentibus.

Sectio 35 sicut omnes causae actus contritionis

Concurrunt tres causae numero 1º et sequentibus ratio Suius.
numeri numero 2º.

Sectio 36 unde providentia determinatio harum causarum

Sectio 37 quod omnia dicta nihil derogent necessitati & dignitati
gratiae et quaratione in Deum & eius gratiam reducatibus di-
Herentia operantis & non operantis explicatur illud facienti
quod in se est Deus non denegat gratiam numero 3 et sequen-
tibus gratia est causa non solum principalis sed totalis actus
super naturalis ut talis est numero 10 u explicatur illud quis
te discernit et illud non volentis.

Sectio 38 quod ex dictis resultet difficultates explicandi pro-
videntiam & quid de ea senserit adversarij. Adversarij
affirmant veratione divina providentiae esse ut media per
illam disposita assequatur suum finem efficaciter quod ex-
cluditur ut principio multorum errorum numº 5 et sequen-
tibus.

Sectio 39 quod alij probabiliter sentiant de providentia.

Sectio 40 ad conciliandam libertatem cum providentia Dei.
triplex scientia est assignanda

Sectio 41 scientia conditionalium seu scientia media ex
saecre scriptura Patrum ac Doctorum testimonijs compro-
batur.

Sectio 42 Praedicta scientia conditionalium posita optime

optime Conciliare diuinam prouidentiam cum libertate
Voluntatis ostenditur & explicantur uariae quæstiones per-
tinentes ad materiam De prouidentia prædestinatione et reprobatione
Sectio 43 explicatur quæstio incidens Utrum contingere possit
ut e duobus hominibus fauentibus aequalia auxilia alter conuer-
tatur alter non conuertatur, ~

Sectio 44 explicatur alia quæstio incidens Utrum Deus moueat
Voluntatem ad actum peccati. Duæ definitiones Auraisicæ
& Tridentinæ concilij numero 15 deducuntur quatuor docu-
menta ex prædictis definitionibus numero 6^o circa Primum
Documentum examinatum Utrum aduersarij ponant Deum des-
tinare aliquos ad malum numero 10 et sequentibus. Circa
2^m documentum Utrum aduersarij ponant Voluntatem esse
Dei determinatam ad malum numero 16 circa 2^m Documentum
Primum Utrum Deus præmoueat Voluntatem ad actum peccati
numero 31 aduersarij affirmans ibi Duplex interpretatio
concilij ab aduersarijs inuenta excluditur numero 34. Et
seq. Quid de hac reseruantur heretici contra quos definit Tri-
dentinum & quod consentiant aduersarij in suis interpre-
tationibus numero 38 Utrum aduersarij contra 4^m Documentum
ponant ita per se concurrere Deum ad productionem Iudæ sicut
aduocationem Pauli numero 62.

Conclusio totius operis & quod tota hac contro-
uersia exigat explanationem duarum definitionum sancti concilij
Tridentini.



DE EFFICACIA

ET MOTIONIS DIVINÆ CIRCA

Actus humanos.

TRACTATUS

In quadraginta & quatuor sectiones
divisus.

Postquam Libri Mag²ⁱ Dominici Banes ordinis predicatorum in 1^o 2^o 3^o 4^o 5^o 6^o 7^o 8^o 9^o 10^o 11^o 12^o 13^o 14^o 15^o 16^o 17^o 18^o 19^o 20^o 21^o 22^o 23^o 24^o 25^o 26^o 27^o 28^o 29^o 30^o 31^o 32^o 33^o 34^o 35^o 36^o 37^o 38^o 39^o 40^o 41^o 42^o 43^o 44^o 45^o 46^o 47^o 48^o 49^o 50^o 51^o 52^o 53^o 54^o 55^o 56^o 57^o 58^o 59^o 60^o 61^o 62^o 63^o 64^o 65^o 66^o 67^o 68^o 69^o 70^o 71^o 72^o 73^o 74^o 75^o 76^o 77^o 78^o 79^o 80^o 81^o 82^o 83^o 84^o 85^o 86^o 87^o 88^o 89^o 90^o 91^o 92^o 93^o 94^o 95^o 96^o 97^o 98^o 99^o 100^o 101^o 102^o 103^o 104^o 105^o 106^o 107^o 108^o 109^o 110^o 111^o 112^o 113^o 114^o 115^o 116^o 117^o 118^o 119^o 120^o 121^o 122^o 123^o 124^o 125^o 126^o 127^o 128^o 129^o 130^o 131^o 132^o 133^o 134^o 135^o 136^o 137^o 138^o 139^o 140^o 141^o 142^o 143^o 144^o 145^o 146^o 147^o 148^o 149^o 150^o 151^o 152^o 153^o 154^o 155^o 156^o 157^o 158^o 159^o 160^o 161^o 162^o 163^o 164^o 165^o 166^o 167^o 168^o 169^o 170^o 171^o 172^o 173^o 174^o 175^o 176^o 177^o 178^o 179^o 180^o 181^o 182^o 183^o 184^o 185^o 186^o 187^o 188^o 189^o 190^o 191^o 192^o 193^o 194^o 195^o 196^o 197^o 198^o 199^o 200^o 201^o 202^o 203^o 204^o 205^o 206^o 207^o 208^o 209^o 210^o 211^o 212^o 213^o 214^o 215^o 216^o 217^o 218^o 219^o 220^o 221^o 222^o 223^o 224^o 225^o 226^o 227^o 228^o 229^o 230^o 231^o 232^o 233^o 234^o 235^o 236^o 237^o 238^o 239^o 240^o 241^o 242^o 243^o 244^o 245^o 246^o 247^o 248^o 249^o 250^o 251^o 252^o 253^o 254^o 255^o 256^o 257^o 258^o 259^o 260^o 261^o 262^o 263^o 264^o 265^o 266^o 267^o 268^o 269^o 270^o 271^o 272^o 273^o 274^o 275^o 276^o 277^o 278^o 279^o 280^o 281^o 282^o 283^o 284^o 285^o 286^o 287^o 288^o 289^o 290^o 291^o 292^o 293^o 294^o 295^o 296^o 297^o 298^o 299^o 300^o 301^o 302^o 303^o 304^o 305^o 306^o 307^o 308^o 309^o 310^o 311^o 312^o 313^o 314^o 315^o 316^o 317^o 318^o 319^o 320^o 321^o 322^o 323^o 324^o 325^o 326^o 327^o 328^o 329^o 330^o 331^o 332^o 333^o 334^o 335^o 336^o 337^o 338^o 339^o 340^o 341^o 342^o 343^o 344^o 345^o 346^o 347^o 348^o 349^o 350^o 351^o 352^o 353^o 354^o 355^o 356^o 357^o 358^o 359^o 360^o 361^o 362^o 363^o 364^o 365^o 366^o 367^o 368^o 369^o 370^o 371^o 372^o 373^o 374^o 375^o 376^o 377^o 378^o 379^o 380^o 381^o 382^o 383^o 384^o 385^o 386^o 387^o 388^o 389^o 390^o 391^o 392^o 393^o 394^o 395^o 396^o 397^o 398^o 399^o 400^o 401^o 402^o 403^o 404^o 405^o 406^o 407^o 408^o 409^o 410^o 411^o 412^o 413^o 414^o 415^o 416^o 417^o 418^o 419^o 420^o 421^o 422^o 423^o 424^o 425^o 426^o 427^o 428^o 429^o 430^o 431^o 432^o 433^o 434^o 435^o 436^o 437^o 438^o 439^o 440^o 441^o 442^o 443^o 444^o 445^o 446^o 447^o 448^o 449^o 450^o 451^o 452^o 453^o 454^o 455^o 456^o 457^o 458^o 459^o 460^o 461^o 462^o 463^o 464^o 465^o 466^o 467^o 468^o 469^o 470^o 471^o 472^o 473^o 474^o 475^o 476^o 477^o 478^o 479^o 480^o 481^o 482^o 483^o 484^o 485^o 486^o 487^o 488^o 489^o 490^o 491^o 492^o 493^o 494^o 495^o 496^o 497^o 498^o 499^o 500^o 501^o 502^o 503^o 504^o 505^o 506^o 507^o 508^o 509^o 510^o 511^o 512^o 513^o 514^o 515^o 516^o 517^o 518^o 519^o 520^o 521^o 522^o 523^o 524^o 525^o 526^o 527^o 528^o 529^o 530^o 531^o 532^o 533^o 534^o 535^o 536^o 537^o 538^o 539^o 540^o 541^o 542^o 543^o 544^o 545^o 546^o 547^o 548^o 549^o 550^o 551^o 552^o 553^o 554^o 555^o 556^o 557^o 558^o 559^o 560^o 561^o 562^o 563^o 564^o 565^o 566^o 567^o 568^o 569^o 570^o 571^o 572^o 573^o 574^o 575^o 576^o 577^o 578^o 579^o 580^o 581^o 582^o 583^o 584^o 585^o 586^o 587^o 588^o 589^o 590^o 591^o 592^o 593^o 594^o 595^o 596^o 597^o 598^o 599^o 600^o 601^o 602^o 603^o 604^o 605^o 606^o 607^o 608^o 609^o 610^o 611^o 612^o 613^o 614^o 615^o 616^o 617^o 618^o 619^o 620^o 621^o 622^o 623^o 624^o 625^o 626^o 627^o 628^o 629^o 630^o 631^o 632^o 633^o 634^o 635^o 636^o 637^o 638^o 639^o 640^o 641^o 642^o 643^o 644^o 645^o 646^o 647^o 648^o 649^o 650^o 651^o 652^o 653^o 654^o 655^o 656^o 657^o 658^o 659^o 660^o 661^o 662^o 663^o 664^o 665^o 666^o 667^o 668^o 669^o 670^o 671^o 672^o 673^o 674^o 675^o 676^o 677^o 678^o 679^o 680^o 681^o 682^o 683^o 684^o 685^o 686^o 687^o 688^o 689^o 690^o 691^o 692^o 693^o 694^o 695^o 696^o 697^o 698^o 699^o 700^o 701^o 702^o 703^o 704^o 705^o 706^o 707^o 708^o 709^o 710^o 711^o 712^o 713^o 714^o 715^o 716^o 717^o 718^o 719^o 720^o 721^o 722^o 723^o 724^o 725^o 726^o 727^o 728^o 729^o 730^o 731^o 732^o 733^o 734^o 735^o 736^o 737^o 738^o 739^o 740^o 741^o 742^o 743^o 744^o 745^o 746^o 747^o 748^o 749^o 750^o 751^o 752^o 753^o 754^o 755^o 756^o 757^o 758^o 759^o 760^o 761^o 762^o 763^o 764^o 765^o 766^o 767^o 768^o 769^o 770^o 771^o 772^o 773^o 774^o 775^o 776^o 777^o 778^o 779^o 780^o 781^o 782^o 783^o 784^o 785^o 786^o 787^o 788^o 789^o 790^o 791^o 792^o 793^o 794^o 795^o 796^o 797^o 798^o 799^o 800^o 801^o 802^o 803^o 804^o 805^o 806^o 807^o 808^o 809^o 810^o 811^o 812^o 813^o 814^o 815^o 816^o 817^o 818^o 819^o 820^o 821^o 822^o 823^o 824^o 825^o 826^o 827^o 828^o 829^o 830^o 831^o 832^o 833^o 834^o 835^o 836^o 837^o 838^o 839^o 840^o 841^o 842^o 843^o 844^o 845^o 846^o 847^o 848^o 849^o 850^o 851^o 852^o 853^o 854^o 855^o 856^o 857^o 858^o 859^o 860^o 861^o 862^o 863^o 864^o 865^o 866^o 867^o 868^o 869^o 870^o 871^o 872^o 873^o 874^o 875^o 876^o 877^o 878^o 879^o 880^o 881^o 882^o 883^o 884^o 885^o 886^o 887^o 888^o 889^o 890^o 891^o 892^o 893^o 894^o 895^o 896^o 897^o 898^o 899^o 900^o 901^o 902^o 903^o 904^o 905^o 906^o 907^o 908^o 909^o 910^o 911^o 912^o 913^o 914^o 915^o 916^o 917^o 918^o 919^o 920^o 921^o 922^o 923^o 924^o 925^o 926^o 927^o 928^o 929^o 930^o 931^o 932^o 933^o 934^o 935^o 936^o 937^o 938^o 939^o 940^o 941^o 942^o 943^o 944^o 945^o 946^o 947^o 948^o 949^o 950^o 951^o 952^o 953^o 954^o 955^o 956^o 957^o 958^o 959^o 960^o 961^o 962^o 963^o 964^o 965^o 966^o 967^o 968^o 969^o 970^o 971^o 972^o 973^o 974^o 975^o 976^o 977^o 978^o 979^o 980^o 981^o 982^o 983^o 984^o 985^o 986^o 987^o 988^o 989^o 990^o 991^o 992^o 993^o 994^o 995^o 996^o 997^o 998^o 999^o 1000^o

Natimus qui bus ex
pediat hanc contro
versiam definire.



Ego sane

Ego sane non solum inter Theologos minimus, sed nomine Theolo- 2
gi indignus, omnino inregrus, & in causa qua gravissimus ac sapientissimus
habet patronos, libertissime in humili silentio me continuissem, nisi me Pralati
mei preceptum ~~et~~ compulisset, ut & rationem explicarem & fundamenta propo-
nerem eius sententiae qua in hac controversia verissima semper mihi visa est:
quam D^o Ludovicus de Molina in sua concordia multorum gratulatione exalte,
& erudite explicavit. Quas tamen lucubrations ut obedientia filius scriptis-
tradere coactus sum, simul & reliquas omnes sententias quas usquam vel docuerim
vel apud me retinuerim S. D. N. Clementis decreto, de correctione subiectas esse volo:
cuius S. M. Petrus humiliter obvolutus, quicquid verum esse decreverit &
verissimum credam; & quicquid illi fuerit adversum, fugere & condemnare
non dubitabo.

Quod multa in hoc o-
pere facienda occur-
runt.

Cum itaq; animum ad rem conficiendam applicarem per multa occur- 3
rent ad propositum innotum necessariae quae brevi sermone (ut optarem) compre-
hendere non posse, facile quicq; videat; nam & status controversiae examinandus, sententiae utri-
usq; partis exponenda, fundam^a gravissima, quantum tenuitati nostrae dominus conce-
sserit, pro negotij magnitudine enucleanda, auctororum plura testimonia, tum ut fi-
de digna sint, tum etiam ut multorum librorum prolixae locorum indices parcere pos-
sint, & referenda ad verbum, & exalte exponenda, per plures, quas aduentarij objeci-
unt difficultates dissolvenda sunt: quae omnia ut multa sunt & exalte confici-
enda, sub ea brevitatem quam optarem minimè praestari non potuerunt: ea tamè
distinctione rem totam digestam esse curabo, ut fastidium levet, facileq; vnicuiq;
sit, inter caetera id inuenire, cuius explanationem magis exoptet.

Totam igitur controversiam absolutam unica principali questio- 4
ne. Verum ad altus supernaturales eliciendos constituenda necessariò sit
in nostra voluntate aliqua gratia, vel auxilium praeueniens ita
de se efficax, ut eidem posita voluntas non possit resistere. Cui tamè
duas alias quasi appendices quaestiuiculas subijciam; Altera est. Verum
Deus gramoveat voluntatem ad altum peccati. in qua pleriq; aduentarij qui
à nobis in prima quaestione dissident, ut consequenter loquantur (quod certe fa-
ciunt) partem euentur affirmatiuam, quae multas pias aures offendit
Altera est. Verum cum aequalibus auxilijs aet unum hominem
conuertere ab infidelitate, alterum non conuertere. Quae licet post primam ques-
tionis determinationem, nullam ferè difficultatè habeat; visa tamen digna
est

est quae sub his terminis proponatur & explicetur. Quod eius occasione
tota haec controversia in Hispania exorta sit, multa quae sub eisdem termi-
nis in vulgus iactata, quae omnia non solum a veritate, sed a controversia ip-
sa aliena sunt.

Ut igitur ad rem accedamus, questionis principalis titulus is est

Quaestio principalis.

* Et quia eo facilius Iudices rem to-
tam percipere poterunt, quo majori
distinctione proposita sit; quaestio
in plures sectiones dividenda est.

Utrum ad actus supernaturales eliciendos cons-
tituenda sit, necessario in nostra voluntate
aliqua gratia praeveniens, ita de se effi-
cax; ut eidem gratia voluntas
non possit resistere? *

Explicatur status controver-
siae, de nihil commune esse -
Dⁿⁱ Molinae cum Pelagianis
aut semipelagianis, ostenditur.

1
Adversarij sen-
tentiam Molinae
Pelagianam
existimant

Obijciunt adversarij Dⁿⁱ Molinae, Sententiam eius Pelagianam
esse, aut certe eam, quam Masilienses, quos vel semipelagianos, vel Pelagios
reliquias dicunt, adstruebant. Unde contra D^{nos} Molinae sententiam pro-
cedere putant, & testimonia patrum, qui contra illorum errores scripserunt,
& pontificum, ac conciliorum definitiones, quae contra eosdem pronun-
tiatae sunt, eo fundamento ducti, quod tunc de initio conversionis & fidei
nostrae, ac de gratia praeveniente cum illis Pelagianis, & Semipelagianis
actum sit, negantibus illis initium fidei, & conversionis esse ex nobis, &
Patribus autem contendentibus, & concilijs statuendis esse ex Deo, &
eius gratia. Porro cum Sent^a Dⁿⁱ Molinae neget aliquam physicam pra-
motionem divinae gratiae de se adeo efficacem, ut voluntas illi non possit
resistere; putant eius adversarij eum negare, initium nostrae conversionis
vel fidei ex Deo esse: proindeq; Semipelagianorum, ut minimum senten-
tiam suscitare, atq; adeo eandem cum D^{no} Molinae ac cum illis esse quaes-
tionem.

2
Verum res longe abiter se habet, ut constabit, si referamus Pela-
gianorum & semipelagianorum errores, eosq; apud Molinam non semel

Sectio prima

aut iterum, sed saepissime, & clarissime damnatos reperiamus -

3

Quasi sententia
Pelagij

Pelagius igitur & Celestius, eorundem errorum comes haec docebat. In posse hominem satis naturae viribus, absq[ue] ulla alia gratia, quam creatio- nis, praedestinationis, & praecepti servari totam legem, iustificari, & in iusti- tia usq[ue] ad mortem pervenire, & gloriam consequi: ita constat ex Epistola apud Aug. ca. 90. & 99. Apud Augustinum. 105. 106. & 107. ex concilio Milevita. ca. 4. & Africano circa tempora Bonifa. can. 79. 2^o. dicebant, gratiam qui- dem Christi interiorum dari, sed eam tantum utilem esse ad facilius & melius operandum, & praestandum quae diximus, non autem esse nece- sariam, ut simpliciter ea faciamus. Huius erroris meminere Augustinus episto. 106. quem in Pelagij scriptis, deprehendit, etiam post retractatio- nem subdolanam sui erroris, quam facit in concil. Palestino & contra illu- statuitur can. 9. Concilij Milevitanij, & cano. 80. illius concilij Africa. 3^o. dicebant hanc gratiam secundum merita nostra, hoc est ex proprijs viribus nobis dari ad melius & facilius operandum, ut colligitur ex locis citatis praesertim ex epistola illa 107.

4

Deinde Augustinus, eiusq[ue] discipuli, acriter disputarunt contra reliquias Pelagianorum, qui vulgo dicuntur Semipelagiani; ij erant Ma- silienses, quorum caput, & autor doctrinae contra Augustinum ex professo fuit Cassianus, ut constat ex epistolis Prosperi, & Hilarij ad Augustinum quae sunt ante librum de praedestinatione Sanctorum, & ex epistola 1^a. Celestini- ni primi, & ex Prospero in libro contra collatorem c. 1.; horum autem unica tantum erat propositio, In ecclesia Dei halterius damnata, quae talis erat. Labori humano subiungitur gratia. & alia similis conatus nostri id est ex proprijs viribus irriti sunt, nisi gratia Dei adiumentur & praemoveantur. Haec doctrina habetur in colla. 13. Cassiani & lib. 12 de institutis Cenobiorum c. 11. 12. & 13 & 14. eandem habet Faustus Regiensis in lib. de gratia & liber arbit. eam etiam sic refert Petrus Dia- conus lib. de incarnat. & gratia Domini nri Iesu Christi. c. 8. & contra hos editi sunt canones praecipui Concilij Axausicani 2^o. Eorum au-

Error Semipe-
lagianorum

Cassianus
Faustus Reg

tem

tem sententia quae in praedictis propositionibus continetur haec erat nos prius conari, et proprijs viribus aliquibus bonis operibus, ut deinde propter illa opera tamq[ua]m propter initia gratia conferatur, non quidem condigne s[ed] et prope[ri]e notavit idem Cassianus de institutis cenobiorum locis citatis, sed ex misericordia Dei. Ideo autem dicebant conatus nostros irritos esse, nisi adiuventur, non autem dicebant, nisi excitentur, quia existimabant ex proprijs viribus sine ulla gratia, etiam excitante, esse in nobis aliqua initia ad gratiam Dei consequendam; dicebat tamen ea irrita esse nisi adiuventur, quia nisi deinde Deus no[n] praevenerat gratia sua, ad maiora opera, priora quidem multius erunt marcescenti. Contra hos vero Semipelagianos, licet alia docuerint, Ego haecenus non legi in ecclesia Dei aliam propositionem esse damnatam q[ua]m praedictam.

Aug. Casian.
Pelagianj no[n] conantur meritum de condigno s[ed] in operibus q[ua]e ante cedunt gratia

5 Possent quis existimare ipsos non solum errasse, & impugnatos fuisse a patribus, quod negarent initium gratiae ex Deo. Augustinus enim fateri aliquos eorum eo usq[ue] pervenisse, ut praeveneri homines Dei gratia faterentur, atq[ue] ut ad nullum opus vel incipiendum vel perficiendum si tibi quemq[ue] sufficere consentiant; quod tamen adhuc non omnino liberis iudicat, Augustinus ab errore Pelag. lib. de predestinatione Sanctorum c. 1. in principio: errarunt ergo etiam in hoc, quod licet gratiam praeveneri arbitrium faterentur, non tamen putabant gratiam praeveneri arbitrium, efficaci aliqua & irrefragabili motione, sed dependenter a libero arbitrio, cui provide sua maneret laus, quod eidem vellet consentire. & in hoc impugnati sunt a patribus & concilijs atq[ue] adeo eadem cum illis quaestio tunc fuit, quae modo est cum D. Molina.

August.

6 Respondetur tamen gratia fingi hunc fuisse eorum errorem, cum potius si id abesset, Augustino quidem & ceteris patribus qui eos impugnabant, consensissent, ut supra patebit, neq[ue] demonstrare poterunt adversarij testimonium aliquod illius temporis, quo illis ea sententia

Verum semipelagianj alium habitum errorum, praeterquam negare gratiam praeveneri arbitrium

sententia

Seitio prima

Sententia errori tribuatur, & quidem esto illi qui jam fatebantur ini-
tia fidei ex nobis, in hac parte (ut verba sonant) Augustino consensisset, non
inde sequitur eos errare in sententia. *Dⁿⁱ Molane*

7

Hilarius

Aug.

At verum non est illos met non potuisse, ve ipsa aliquod princi-
pium ex nobis, saltem voluntate, qua sanari volumus: loquitur enim
proculdubio Augustinus de illis de quibus ei retulerat Hilarius in epistola
qua est ante librum predictum de predestinatione Sanctorum, & cui in
illo met libro respondet Augustinus; Hilarius autem cuius verba ipse
Augustinus desumpsit, sic ait. Consentiunt hominem in Adam perisse,
neq; inde quemq; posse proprio arbitrio liberari, sed id conveniens asserunt
veritati, vel congruum predicationi, ut cum prostratis & nunq; suis vi-
ribus surrebuntis annuntiatu obtinenda salutis occasio, eo merito qui
voluerit & crediderit, a suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmen-
tum & totius sanitatis sua consequantur effectum. Caeterum (eadem
verba sunt qua Augustinus protulit vbi supra) Ad nullum opus, vel in-
cipiendum neq; dum perficiendum, quemq; sibi sufficere posse consentiunt.
neq; enim alicui operi curationis eorum ad numerandum putant, ex
territa & supplici voluntate velle sanari; quod enim dicitur crede &
salvus eris, vnum horum ^{est} asserunt, aliquid offerri: ut propter
id quod est higitur, si redditum fuerit, id quod offertur, deinceps tribuatur.
Unde consequens putat exhibendam ab eo fidem, cuius naturae id volunta-
te conditoris commissum est; & nullam ita depravatam vel extinc-
tam putant, ut non debeat, vel possit se velle sanari. Ecce ijs ipsis de qui-
bus Augustinus loquitur, Hilarius tribuit, quod sua voluntate, & meri-
to consequantur salutem; in quo a veritate deficiunt: cum tamen iam
ab errore Pelagij se correxerint, dicentes ad nullum opus curationis sua
etiam incipiendum quemq; sibi sufficere: id quod tantum de eis pronun-
tiavit Augustinus affirmans, eorumq; peruenisse, ut fateantur preveni-
ri homines Dei gratia, ut ad nullum opus ~~est~~ preveniri scilicet Dei gra-
tia ad opus curationis eorum (ut loquitur Hilarius) nempe ad vigiliis,
labores, preceptorum observationem ~~est~~, non tamen ad voluntatem
qua

qua volunt sanari, quam non adnumerabant inter opera cura-
tionis eorum ut testatur supra Hilarius. Vel forte vult Augustinus recte
dixisse homines praeueniri Dei gratia: etsi tamen ipsi nomine gratia ma-
le intelligebant solam gratiam creationis; ut constat ex Epistola Prope-
ri ad eundem Augustinum.

7 **V**t ergo ex dictis omnibus manifestum relinquitur ea fuit
Augustini cum Pelagio controversia. Vtrum necessaria sit homini gra-
tia ad salutem consequendam, & vitam aeternam promerendam: Pelagio asse-
rente non esse necessariam, nisi ut plurimum, ut facilius possimus salutem con-
sequi, & vitam aeternam promereri; Augustino è contra, & Patribus asse-
rentibus esse simpliciter necessariam, adeo ut sine illa nullo modo possit homo
8 ea omnia promereri. Cum reliquis autem Pelagianorum, qui iam ne-
cessitatem gratiae fatebantur ad salutem consequendam, questio ea erat:
Vtrum ponenda esset aliqua gratia praeueniens omnes conatus hominum
ad salutem ~~conatus~~ spectantes; id est, omnia, & opera, & voluntates,
an è contra prior esset hominis voluntas, quam sequeretur primum donum
gratiae Dei, quae proinde labori, seu conatui humano subijceretur.

9 Porro nullam harum questionum pertinere ad presentem
controversiam, notissimum est: omnes enim contendentes tam ad-
uersarij, quam Doctor Molina, in eo conueniunt, ut asserant cons-
tantissime necessariam esse ad salutem & gratiam iustificantern, &
opera gratiae, & auxilia tam gratiae cooperantis, quam praeuenientis:
initiumque nostrae salutis sumi ex gratia praeueniente, quae sit à solo Deo, & nullo
modo à libero arbitrio. Et de Molina quidem primo in generali contra
10 Pelagium constituere constat necessitatem gratiae, disputa. 6. ar. 13. quas.
11 14. 2^o etiam constat ponere iuxta doctrinam Tridentini habitus
infusos gratiae, & charitatis, & aliarum virtutum: quos ubi supra tota
12 disputa. 44, & ubique fatetur, & supponit. 3^o item agnoscit altus vir-
tutum non solum quò ad modum, sed etiam quò ad substantiam su-
pernaturalis, & qui nullo modo etiam secundum aliquam rati-
onem fieri possint à solo libero arbitrio, ubique constituit pag. 49
vers^o. Illud postremo pag. 60. vers^o. Est tamen: pag. 201. vers^o. sextum

qua sit controversia
Augustini cum Pela-
gio.

Controversia cum Se-
mipelagianis.

Controversia praesens
aliena est a controver-
sia Semipelagianorum.

Molina supponit 1^o
necessitatem gratiae.

2^o habitus infusos.

3^o ponit altus vir-
tutum supernaturali-
um quoad substantiam.

speciati

Sectio prima

Specialiter ibi. Sed etiam tanquam in particularem eorum effectorem à quo habent suam supernaturalem speciem. Et ibi. Quod tamen sint supernaturales, alterius q. speciei a seipsis, si solis viri arbitrij elicerentur habent à Deo, tanq. à particulari eor. causa per se ipsum immediate, vel per supernalem habitum à se ipso infusum, tales eos efficiente. Et ibi. At tamen quod sit supernalis dolor speciei distinctus à mere naturali. Et pag. 232 ibi. Neq. sunt ibi (scilicet in actu concursus Liberi arbitrij cum gratia) dua actiones, sed una tantu supernaturalis actio, tam re, quam ratione formali. Et ibi. quod fit ut consensus liberi arbitrij, Deo excitanti, & mouenti per gratiam praeuenientem nihil in re sit, quod non sit supernaturale. pag. 232. vers. nostra. Et alibi saepe. Cum tamen aliquando dicit actum fidei secundum substantiam elici posse viribus naturae, non intelligit ipsam substantiam actus fidei supernaturalis, sed intelligit actum fidei humane, qui conuenit cum actu supernaturali in eo quod sit fides & quod sit circa idem obiectum materiale, ut constabit ex contextu Et ipse autor explicuit pag. 452 ibi. Neq. ergo ad substantiam actus; hoc est, quo ad similes actus naturales. 4.º quod ad huiusmodi actus 13 ponat contra Pelagium auxilia gratiae cooperantis constat aperte simè & saepissimè ex tota disputatione 12. ad arti. 13. ques. 14 à vers.º (Neque est) usq. ad finem; specialiter pag. 59. vers.º il. Lud. postremo; pag. 60. vers.º Est tamen disputa.º 38. vers.º Tertio asseueramus; vers.º Ex dictis, vers.º nostra. vers.º hinc quinto. vers.º Ad 2am probatione; eam q. toties alibi repetit, ut mirandum sit quo colore aliqui tribuere voluerint ei, quod gram. deneg. et cooperantem. Etenim quod disputa.º 37. illa impugnare videatur, nihil euinuat; aperte enim constat eum ibi non impugnare veram gratiam cooperante, sed eam quam autores quidam, quos ibi impugnat, cooperante gratiam appellauit: cum reuera praeueniens sit, ut constat in principio eius disputationis vers.º. Caterum, ibi. Non nisi prius motu secundo

auxilio

No
tum
nis
ues

tatu
ont

1
nd.
nti
ntu
ensa
hali
hu

auxilio, & quae proinde superflue introducitur ab illis autoribus ultra eam gratiam, quam & ipsi praeuientem nominant, sicut totum constat ex principio illius disputationis.

14

Molina ponit initium iustificationis ex gratia praeuiente.

Demum quod gratiam praeuientem constituat ei tribuens fidei & totius iustificationis initium, constat ex disputatione 8. ad art. 13. q. 14 & ex distincti^o 14. cuius 4^o ita incipit. Initium fidei est, esse a Deo & disputa^o 12. et 13. 36. 38. 39. & alibi passim.

15

Porro ex dictis omnibus duo relinquuntur, primum sine insigni & apertissima falsitate, nihil prorsus tribui posse D^o Molinae, quod illi commune sit cum Pelagianis, aut Semipelagianis, vel Pelagianorum reliquijs, neque posse sine graui iniuria Semipelagiani nota insinuari. 2^m aliam esse longe controuersiam (si de vera controuersia et nonde ea, quae vulgo, absque ullo prorsus veritatis praetextu iactata est inter predictos aduersarios & Molinam, quam fuerit inter Augustinum & Pelagianos, vel Semipelagianos.

16

status presentis controuersiae

igitur controuersia quae odie agitatur in eo tantum sita est, utrum detur aliqua gratia praeueniens a Deo de se efficax, ut ei positae voluntas nequaquam refragari, aut resistere possit: an potius solum ponenda sit gratia praeueniens, de se sufficiens ad excitandam voluntatem, & cooperandum ei, si voluntas illi consentiat, relinquens tamen voluntatem in sua potestate, ut ei possit resistere.

Vel alijs terminis utrum sit necessaria aliqua gratia praeueniens, quae voluntati imponat aliquam necessitatem antecedentem ex suppositione tali gratiae.

17

Indifferat haec controuersia a controuersia quae versatur inter Catholicos & Hereticos huius temporis

Possit quis forsitan affirmare hanc eandem esse questionem, quae hodie versatur inter Catholicos, & Calvinistas de quo tamen inferius agetur. Certe Bellarminus re ipsa eandem putauit esse questionem inter nos, & Catholicos cum quibus disputamus, quae est inter Catholicos & Hereticos, cum re ipsa eandem putat esse sententiam eorundem Catholicos

tholicorum, ac Hæreticorum lib. 1. De gratia et libero arbitrio c. 12
 versi^o hæc opinio & lib. 4. c. 14. vni^o denique. & versi^o quod si nos
 Imo & Thomas Stapletonius lib. 4. c. 1. postquam ex parte examina-
 uit statum questionis, quæ hodie inter nos et hæreticos versatur,
 circa concordiam gratiæ liberi arbitrij, ad medium capituli sic concludit.
 Sed questio est, quomodo diuina gratia mentem, et voluntatem homi-
 nis ad hos motus, et actiones excitet, vtrum sua sola operatione, ipsa vo-
 luntate nihil cooperante (cooperatione scilicet libera, vt infra monstra-
 bimus) an tali gratiæ adiutorio adhibito, et tali excitatione facta, vt
 mens, et voluntas adiuta, et excitata vna cum Dei gratia cooperent,
 idq; libere; ita sanè vt excitantem, et adiuantem gratiam ipsa metus,
 et voluntas vt cumq; adiuta, et excitata a Deo, libere tamen possit, vel
 acceptare, vel repudiare. Hic status controuersia est inter nos & Hæreti-
 cos hodie. Hæc Stapletonius, et in fine capituli subdit, itaq; vt huic con-
 trouersia satisfiat, hæc probanda videntur. Primum quod voluntas hu-
 mana libere consentiat præuenienti gratiæ, ideq; agat ipsa aliquid.
 2^o quod præuenientia hac gratiæ, excitata, et adiuta, libere potest resistere et,
 de quo expresso agit in cap. 4. — Quibus satis ostendit Stapleto-
 nius se eandem reputare controuersiam, quæ versatur inter catho-
 licos, et hæreticos, quam nos supra versari diximus ^{inter} de Dⁿⁱ Molinæ
 & eius aduersarijs.

Thomas
Stap.

18

Contra nostram
sententiam non
potest cum argu^m
epistolis contra
Pelagianos.

Illud tandem ex omnibus dictis sequitur, in hac questio-
 ne, nullum testimonium, ex his quæ Augustinus, et concilia illig-
 temporis statuunt contra Pelagianos, et semipelagianos, adduci pos-
 se contra doctrinam Patris Molinæ, cum illa omnia alio diuersissi-
 mo proposito dicta sint, sicut diuersissima est sententia illorum con-
 tra quos agebant, a sententia Dⁿⁱ Molinæ vt iam visum est.

Prima sententia aduersariorum exprimitur

~~ter~~ Sectio secunda ~~ter~~

Aduer

Aduersarij in Hispania suam sententiam sic euulgauerunt, tot, tamq; publicis testimonijs testati sunt, ut superfluum sit, certa aliqua loca, ex eorum monumentis in medium proferre: tamen ut iudicibus omnibus, etiam exteris cuiusuis calumnie, suspicandae, auferatur occasio, ea referam pro aduersariorum sententia quae Magister Panis in sua 1^a p. Magister Zumel in 1^a p. et 1^a 2^a passim docent. Quae etiam Presentatus Fr. Didacus Nuño in insigni collegio Sancti Gregorij Vallisoleti, suis auditoribus dictauit, quaeque auditores ipsi eo dicente, scriptis exceperunt supra 2^a q. 10. art. 1. inter tria quadam difficultate cuius titulus sic habet. Tertia difficultas, et grauissima omnium, quae sunt in Theologia: Vtrum possibile sit, ut duobus infidelibus audientibus rem fidei, et suscipientibus omnino, et quantum ad omnia aequale auxilium diuinum, vnus credat & alius non credat. Eius autem duo Codices originales omnino conformes in senatu Sanctae Inquisitionis Vallisoletanae sibi haec causa agitari cepit prohibiti sunt, quae etiam idem Fr. Didacus in assertionum forma, typis mandare fecit, in publicumq; proposuit, ut suam sententiam et explicaret et defenderet, quod et fecit in eodem collegio conuocata frequentissima concione, suam sententiam satis explicante.

2
Aduersariorum
Sententia
Distinctio ausi-
lij praenemientis
insufficiens et
efficax
3
Horum igitur sententia primo constituit duplex auxilium praenemientis, alterum sufficiens, alterum efficax. Auxilium sufficiens est quo homo fit potens conuerti, non tamen fieri potest ut eo solo conuertatur, nisi accedat aliud auxilium efficax: porro illud auxilium sufficiens dicunt esse illustrationes intellectus & affectus quosdam indeliberatos, siue amoris, siue timoris, quibus Deus peccatoris voluntatem excitare, imitare, & allicere solet.

Auxilium efficax, qui epactia de hac re disputauerunt,

Sectio secunda

Auxilium effi-
cap dicunt esse
promotionem
quamdam

dicunt esse non aliam aliquam intellectionis, vel affectus, sed motionem physicam quamdam, vel applicationem qua Deus efficaciter applicat voluntatem ad operandum, & efficaciter trahit illam, ita ut ipsa huiusmodi motioni, vel applicationi non possit resistere, vel eam cassam reddere, & suppositione, quod illam receperit, quod vocant in sensu composito, quamvis absolute & secundum se considerata voluntas possit non operari: in quo voluit salvari libertatem voluntatis humanae, quam docet fides catholica. & exemplum ad explicationem huius efficacis auxilij esse potest in applicatione Serrae ad sciendum, vel in tractione aut raptu, quod primus orbis celestis facit, ut secundus et moveatur, et moveat reliquos orbis.

4

De hac distinctione videatur manu scriptum fr. Didaci Nuno notabili 1.^o et 2.^o Et in assertionibus publicis quas diximus supra in conclusione 4, cuius verba sunt. Quando vero alicui sufficienter evangelium proponitur, recipit aliquam internam motionem, quae sufficiens est auxilium ad credendum, non tamen credit de facto, quo ad usque suscipiat auxilium efficax: quo suscepto licet libere, simul tamen tempore, et posterius natura credit: sicut accepto auxilio ad diligendum, vel penitendum, simul tempore, et posterius natura homo penitet et diligit: licet enim hoc auxilio voluntatem praedeterminet, movet tamen illam suaviter iuxta suam propriam naturam, atque adeo non solum facit quod moveatur, sed etiam quod libere moveatur; & in hoc consistit divini auxilij efficacitas. unde improbabiliissime loquuntur qui affirmant, quod ponentes hoc auxilium esse efficax secundum se, et ex parte dei, faciant liberum arbitrium remdesol. titulo: Stultum enim

+
f. Didaci
Nuno.

Au-
cas.
dere
tem
volu

Au-
nie.
ele-
um
tum

enim est in naturalibus a serere, quod aliqua causa natura-
lis se moueat, vel operetur, quin prius natura ab ipsa prima
causa moueatur: Ita et etiam materiale peccati, secundum quod
entitas quaedam realis est ab ipso Deo producatum et ad hoc vo-
luntas ab illo praedeterminetur, non tamen ut materiale
peccati est, quare error est dicere, quod Deus eodem modo concur-
rat ad actum malum sicuti ad actum bonum. Videndus
etiam est Banés 1. p. q. 19 art. 8. dub. 1. coll. 627. per
totam et q. 21. ar. 3. post tertij dubij ultimam conclusionem
indubio, quod incipit. Sed circa istam doctrinam per totum, specialiter
ad sextum argumentum pag. 736. littera D. Et. L. et q. 14
art. 3. dub. 3. in solutionibus argumentorum specialiter vers.
haec tenus et vers. sed arguit.

Banés

Q

Addunt insuper, hoc auxilium efficax, vel hanc applica-

Auxilium effi-
cax dicitur praee-
dere omnem de-
terminationem
voluntatis

tionem praecedere omnem determinationem voluntatis ad actum
faciendum illo auxilio, vel ^{applicatione} determinatione, ipsumque solum esse
causam omnis determinationis voluntatis, ita ut nihil ex se pos-
sit facere voluntas, quo vel impediat tale auxilium efficax infal-
libiliter, vel quod illud etiam infallibiliter assequatur. Sed Deum
pro sua mera & libera voluntate illud conferre dicunt, cui-
vult, & cui vult, denegare, nulla habita ratione alicuius vel an-
tecedentis, vel concomitantis determinationis voluntatis. Videat

Banés

Banés eadem questione 21. dub. 3. conclu. 10.

C

Dicunt Praeterea hoc auxilium praeueniens, esse ita ne-

Auxilium praue-
niens efficax dicitur
esse ita necessari-
um ad omnem ac-
tum etiam si pec-
catum sit

cessarium ad operandum, ut sine illo nullum prorsus opus facere
possit voluntas, neque ad illum sed determinare etiam ad actum
ipsum, qui peccatum est. Fr. Didacus Nuno super notabili 2^o.

Nuno

sic habet. Eodem modo dicendum est quod Deus praedeterminauit

ma

Sectio 2^a

materiale peccati, secundum quod quaedam entitas naturalis est, licet non cum ista formalitate, scilicet in quantum est materiale peccati. Idem habetur in conclusione Gregoriana, quam supra retulimus; Et Banès 1. p. q. 14. art. 13. in dubio quodam circa solutionem argumentorum D. Thomae dicit sed arguit quispiam sic ait in col. 534 littera B. Quoniam si concursus primae causae non esset efficax ad determinandum omnes causas secundas, nulla secunda causa operaretur suum effectum, quia nulla secunda causa potest operari nisi sit efficaciter a prima determinata. Et q. 19. ar. 10. versu. primum est col. 691. littera E. inquit Antecedit quidem operationem nostram liberam, diuinae voluntatis aeternum & immutabile consilium, sicut infallibilis diuinae providentiae infallibilis praedeterminatio, quae omnem operationem bonam liberam praediffiniunt, imo & omnem operationem, in quantum est bona, et circa bonum exercetur. Quod proculdubio subiunxit propter alius peccati, in quantum sunt entitativae, vel transcendentaliter boni. Omitto alia loca ex quibus id possit manifeste colligi.

Banès

Docce
rie op
tus so
D.

Tandem dicunt hoc auxilium praeueniens de se efficax, esse causam adequatam operationis ipsius voluntatis creatae, eo quod sit causa ipsius concursus voluntatis, de quo Mag. Banès 1. p. q. 23. ar. 4. dub. 3. in solutionibus argumentorum col. 736. littera E. sic ait Aliqui existimant collationem diuini auxiliij non esse causam adequatam conuersionis in Deum, quia non est sola causa, eo quod simul concurrat liberum arbitrium cum diuino auxilio; Et haec solutio quibusdam Theologis valde placet, nobis tamen placere non potest; quia in huiusmodi solutione consideratur ab istis liberum arbitrium, quasi causa partialis, quae coniuncta cum diuino concursu producit effectum conuersionis; cum tamen res aliter se habeat, quia ipsa met concurrentia liberi arbitrij effectus est necessario consequens ex diuino auxilio

Banès

7
Dicunt auxiliu
praeueniens esse
causam adequatam
operati. volunt. is

lio efficaci: Notetur obsecro quod in hac solutione, displice
at huic auctori, et quid ipse asserat.

8
Docent voluntate
operari esse effectus
solum Dei

Didacus Nuno

Pater fr. Didacus Nuno in predictis manu scriptis,
inquadam probatione sua conclusionis sic ait. Ex quibus verbis
colligitur quoddam principium meo iudicio evidens, in natura
libus, quod quando producit aliquis effectus, non solum Deus
producit illum effectum simul cum causa secunda, et excellen
tius q³ illa, et prius natura: sed etiam est ibi alius effectus, soli
us causa 1^a; qui est ista entitas complexa (ipsam causam se
cundam operari) et id etiam intelligit de causa 2^a libera, et de
eius operari libero, ut constat, tum ex universalitate proposi
tionis, tum ex contextu, et proposito in quo loquitur, Tum deniq³
quia statim se explicat reddens rationem huius. ait enim
Et constat evidenter quia ista entitas complexa (me operari) est
aliquid productum, siquidem non est Deus, sed ista entitas com
plexa non producit a me, siquidem Ego non possum producere,
me ipsum: q² producit a solo Deo, per hoc quod movet me ad ope
randum. Ita igitur motio passiva qua ego moveor a Deo ad con
sentiendum est auxiliium efficax. In qua ratione observe
tur primum auctorem hunc predictam sententiam appli
care ad suos actus liberos, unde hec est eius propositio. Volunta
tem operari est effectus solius Dei. Observetur 2^o quanta
sit efficacia et vis illius probationis. Ista entitas complexa me
operari non producit a me, siquidem ego non possum produ
cere me ipsum. Ut hinc appareat quibus rationibus movean
tur ad huiusmodi doctrinas inducendas. Observetur 3^o an
hec sententia viam paret sententia Hereticorum dicentium
voluntatem solum se habere passivam, cum concedat hec sente
tia, Deum solum esse causam, scilicet activam huius, quod est,
volu

voluntatem operari; unde consequens est voluntatem non esse causam huius effectus. indeque satis aperte colligi videtur, voluntatem, respectu huius effectus habere se tantum passivam: imo et ipse eam vocat motionem passivam, quod tantum intendunt Heretici sicut infra monstrabimus.

9 Porro quod aliquando quidam ex his autoribus dixerunt ad mitigandam ut cumque huius sententiae durezza (nempe voluntatem per bonum usum priorum quorundam auxiliorum se disponere, ut recipiat a Deo auxilium efficax: contra autem per abusum eorundem auxiliorum, seu priora peccata, impedire beneficium eiusdem efficacis auxilij) hoc inquam non satis consequenter dicitur suppositis principiis huius sententiae, neque satis probatur plerisque Doctoribus eiusdem sententiae patronis: tum quod nullus sit altus liber voluntatis vel bonus usus priorum auxiliorum, quem certa & infallibili lege sequatur altus contritionis, ut experientia constat. Neque contra sit aliquis priorum auxiliorum abusum, vel aliqua, aut tot, aut tam insignia peccata, quae certa etiam ac infallibili lege auxilij efficacis gratiam impediant, ut conversiones repentinae non paucorum innumerum peccatorum testantur: tum etiam quod haec sententia generali docet necessitatem supradictae praemotionalis, vel applicationis, non solum ad omnes altus bonos, sed etiam ad altus peccatorum, (ut constat ex iam dictis).

10 Supposita igitur ea generali necessitate huius applicationis vel praemotionalis ad omnes altus, quam isti autores aut hument, merito qui inter illos consequenter loquuntur non ponunt necessariam dependentiam istius auxilij efficacis ex bono usu, vel abusu auxiliorum priorum, per altus antecedentes: nam et ad illos priores altus, siue bonos, siue malos dicunt nece-

B

Baria?

hac sententia non potest recurrere ad impossibilem praeced. sed per auxilium efficacem deinde ex merito neglecto Deo

con-
suetudo
illius

Bariam esse eandem pramotionem & applicationem. Unde tandem dicendum est, hoc auxilium efficax, siue ad actum ipsum contritionis, siue ad actum priorem, ad quē infallibiliter sequatur conuersio, aut quo infallibiliter impediatur, reducendum esse in solam voluntatem Dei, nulla habita ratione alicuius antecedentis, vel concomitantis determinationis voluntatis.

ADVERSARIO

rum sententia, autoribus desti

tuta esse ostenditur eius

q̄ fundamenta

proferuntur

Sectio Tertia

Quamuis aduersarij suam sententiam in Scho-
la Theologica communem esse conclamitent, & ab omnibus Pa-
tribus antiquis traditam, ac commendatam. At reuera eō est
patronis destituta ut vis autorem illum ei suffragari re-
perias.

Illam amplexati sunt in primis homines illi quos
refert Ioannes a Bonomia in suo libro de predestinatione
ne, p. 2. de lib. arbit. pag. 103. quorū sententiam a Sa-
cro concilio Tridentino reijci præceptam esse testatus est
R^{mus} Hieronymus a Bonomia Episcopus Casertis nun-
tius Apostolicus apud Carolum quintum, referente eo
dem Joanne ubi supra.

Ioannes a Bonomia

R^{mus} Hiero. a Bono.

V. infra. Sect. 14. n. 18

Pre

Sententia hec
reiecta fuit in con-
cilio Tridentino

2

Periculosa indica
tur a Thoma V
waldensi.

Præterea eandem sententiam sequuti videntur
illi magni viri quos suppresso nomine, Thomas Vual
densis tom. 1. doctri. fid. li. 1. c. 28. inquit periculose po
suisse quandam necessitatem antecedentem in humanis
operibus, de qua Infra, eosq; dicit nihil reperire potuisse
pro sua sententia consonum antiquis ^{doctribus} et ecclesie Patri
bus.

3

Putatur aut hor il
lius Dominicus Soto

Ex autoribus quorum estant apud nos monu
menta videri poterit alicui hanc sententiam tueri So
to 1^o de natura & gratia c. 26. ubi asserit. Hæc scili
cet opera nostra, non prius tempore a Deo qz libere a nobis
sed simul ab eo, et a nobis fiunt, ab eo, tamquam prius
natura, veluti trahete nos ad se, et infra post multa, eam
motionem videtur explicare, motionis exemplo, qua Deo
mouet orbem celestem. Vega lib. 6. in Trid. c. 6 ubi præter
gratiam præuenientem vocationis ac inspirationis, ait gra
tia præueniens est concursus ipse ^{specialis} quo Deus pec
catores preparat, ac disponit ad suam gratiam. et infra. Et
citatur autem Deus vocatione sua sancta etq; neq; contentq;
excitant, quoddam nobis ignota sua virtutis applicatione. et
nostra voluntatis mirifica inclinatione, et inflexione benig
ne nos adiuvat, vt consentiamus, et obediamus vocationi
sua.

Dm. Soto

Andreas Vega

specialis,

Gregorius de Ari
minio

Item Gregorius de Arimi 2. distinct. 28. quest
1. art 3. ad 12 ubi vt voluntas bonum aliquod operetur, ex
igitur duos concursus Dei: alterum quo immediate influunt
in actum, et efficit illum vt causa partialis, et efficiens,
vel cooperante simul voluntate, quem vult esse concursum
communem, seu vniuersalem, quo Deus concurret ad
effec

visib
res
unt

effectum cuiuslibet agentis creati: alterum quo speciali
Deus concurrens cum voluntate applicando illam, & facie
do ipsam voluntatem, ut instrumentum motum, particu-
liter concursare (ut ipse ait) et efficere proprium actum.
Quod eundem Greg. V. sequi sapies. 2. d. 28. q. i. a. 3. ad. 12. greg.
Imo et noster Bellarminus 3. tom. lib. 4.
de gratia & libero arbitrio cap. ultimo, ut probabilem &
fortasse probabiliorem tradit supra dictam sententiam
de premissa applicatione.

6
Bellarminus

Verum esto. Hi autores doceant predictam appli-
cationem (neque enim eam existimo fuisse sententiam Do-
minici Soto; nec forte Andreæ a Vega, ut inferius vide-
bitur: nec res magni momenti est, cum ad philosophiam
potius quam ad Theologiam pertineat) Tamen in eo quod
hec sententia asserit hanc applicationem, seu promotio-
nem fieri a Deo, sine respectu ad aliquam determinatio-
nem antecedentem vel concomitantem nostram volunta-
tis; sed ita potius, ut preueniat Deus omnem voluntatis
determinationem, imo eam omnino efficaciter predeter-
minat (in quo sistit tota ferè difficultas huius controuer-
siae) nam in primis Bellarmino ades displicet illa pre-
determinatione, ut in libro 6. cap. ultimo, sic scripserit
in fine octavae sententiae. At si gratia illa determinat pri-
us natura voluntatem nostram, tunc quidem in nullo
sensu potest rejici, sed tollitur libertas arbitrij; Et libro 1.
c. 12. postquam in vers.^o est igitur, proposuit hanc senten-
tiam, quae docet gratiam efficacem, esse actionem physicam,
quae determinat voluntatem et in vers.^o sequenti sic ait.

7

8

Appenditur sen-
tentia Bellarmini

si predicti auto-
res non consen-
sunt adversarijs.

Hec

Hec opinio videtur mihi aut esse omnino eadem cum errore Caluini & Lutheranorum, aut parum ab illo distare.

9

Expenditur sententia Gregorij Arimini

Gregorius etiam ubi supra satis aperte negat predicta applicatione, prae-determinari voluntatem: ait enim ubi supra. In qua tamen motione, ipsa (scilicet voluntas) non necessitatur, sed instrumentum liberum existens in cuius potestate est sequi motionem primi agentis, inuatur, ita ut agat, quae non sic adiuta, nequaquam agere potuisset; Imo &

totum esse eius mentem constat ex dicendis in sa sect. 2. in s.

Expenditur sententia M^o Vega

Vega plane negasse videtur eam determinationem nam in lib. 13. in Tridenti. c. 13. post medium affirmat, posse omnes peccatores habere auxilium Dei efficax ad penitentiam quod verum non esset si auxilium efficax, quod dicunt esse illa applicationem, prae-determinaret voluntatem independenter ab omni eiusdem voluntatis determinatione, Et Soto ad finem supra citati Capituli sic scribit. Efficit ipse (scilicet Deus) nostrum assensum, si nos tamen libere concurramus; & paulo infra. Unde nostrum concurrere, est, permittere nos ab ipso moueri; Enimvero ista permissio ex parte nostra, intelligi nequit, si prae-determinamur a Deo: non potest enim intelligi, quod haec nostra permissio sit posterior ipsa prae-determinatione diuina, tamquam eius effectus: Permissio namque non est alicuius antecedentis, & praesuppositi, quod si permissio illa sit antecedens vel concomitans, ^{diuinam motionem} notram de-

10

Expenditur sententia Soto.

notram de-terminationem, ut exprimit ratio permissionis, & ut voluit, proculdubio M^o Soto; certe fatetur, nostram esse determinationem & non prae-determinari a Deo. Porro cum Soto ~~constat~~ igitur dicat nostra opera simul a Deo

huc dicitur quod non potest intelligi

Etano

Sectio 3^a

Et a nobis fieri a Deo autem prius, natu^m explicari potest non de prioritate naturae quasi in quo, sed de prioritate subiecti in quo quasi motio divina prius recipiatur in voluntate quam influxus voluntatis, in actu ipso: sed loquitur de prioritate naturae secundum vniuersalitatē & independentiā ut Caye. 1. p. q. 14. art. 13. nisi. neque subinendans, & sequenti, & q. 19. a. 8. fin. sed alijs modis prioritatis quos infra explicabimus q. sed quod verius credo loquitur non de calitate phisica qua ipse met concursus voluntatis fiat ab aliqua premotione phisica Dei: sed loquitur de ipsa causalit. & morali qua vocatio excitat^o est vera causa ipsius actus voluntatis. Etenim licet ipse actus vocationis sepe prior sit tempore, ipso concursu voluntatis tamen de facto non causat actum sua excitatione, nisi in eodem instanti in quo ipsa voluntas cooperatur, est tamen prior natura quia ipse met concursus ^{voluntatis} vocationis est effectus ipsius vocationis in illo genere causa moralis, & excitantis, & ideo voluntatis conatus in quantum effectus, est naturae posterior ut infra latius Sectione 22. Quod l. ex eo potest colligi quod in s. at preter testimonia explicat ibi per hanc operationem per modum persuadentis.

At vega in locis in principio citatis solum loquitur de gratia cooperatione, seu de auxilio adiuvante & forte uterq; teneat sententiam Bellarmini supra scilicet quod praemouet Deus, non tamen praedeterminat. vide infra sect. 22. n. 7.

Constat igitur in puncto nostro controuersiae, praedictos autores nihil aduersarijs suffragari, sed nos adiuuare potius, & e regione opponi aduersariorum sententiae. Anve

Sectio 3^a

An vero ratio philosophandi horum autorum, circa eam applicationem recta sit, & cum sana Theologia quam & ipsi docuerunt, & nos certam Credimus, circa voluntatis indifferentiam bene consentiat, non est huius Soci disputare.

12

fundamenta huius
sententia ex scriptis
Concilij & quibus quid
probent

Quod adtinet ad fundamenta aduersariorum, multa in primis congregant testimonia Scripturae, Conciliorum ac sanctorum Patrum: ea tamen omnia singulariter recensere non est necesse, cum eo tantum spectent ut doceant usum omnem bonum nostri liberi arbitrij, in Deum, & eius gratiam, tamquam in primum originem esse referendum, facere que Deum ut faciamus & velimus bonum, quod ipse inspirat. quae quidem omnia verissima sunt; quod autem nihil faueant praedictae sententiae, inferius ostendemus Augustini sententiam ac doctrinam recensentes.

13

1^m fundamentum
huius sententiae ex
prima causa
De h. fundam. v. infra
Sectio. 33.

Reliqua fundamenta huius sententiae ex triplici capite sumi possunt. Primum sumitur ex ratione primae causae, cuius proprium est mouere causam secundam, & applicare illam, & esse illi causam, ut causet: nam & ideo dicitur causa prima, quia est priora in mouendo, ergo in omni opere suo & maxime in opere supernaturali, prius mouet Deum voluntatem etc. Et confirmatur quia ex hac subordinatione causarum, demonstrat Aristoteles unum primum motorem 7.^o & 8.^o Physicorum. & D. Tho. 1. p. q. 2. art. 3. demonstrat Deum esse: Requerebant autem omnes hae demonstrationes, si auferatur haec subordinatio causarum, & negetur causam secundam moueri & applicari ad opus a causa prima.

Arist.

S. Tho.

Secun

Sectio 3^a

14

Secundum sumitur ex potestate gratiae, & infirmitate humanae voluntatis. Non enim sunt vires in voluntate, ut possit se determinare ad opus supernaturale, nisi determinetur a gratia Dei, ipsam voluntatem applicante, & faciente, ut ipsa voluntas velit & faciat. Id quod videntur aduersarijs conuincere testimonia scripturae, conciliorum, & Patrum, praecipue qz Augustini, quorum paulo ante mentionem fecimus. Et confirmatur quia nisi ponamus gratiam de se efficacem, ad determinandam & mouendam voluntatem, dicendum erit voluntatem ipsam homini determinare gratiam, & facere ut gratia vel auxilium Dei sit efficax, ei tribuens arbitriam & efficaciam; quod quidem est non solum tribuere viribus arbitrij, sine gratia, aliquid ad salutem pertinens, contra illud Pauli. Quid habes quod non accepisti? sed etiam est gratiam subijcere arbitrio, potentius qz ponere arbitrium, quam ipsam gratiam, differentiam qz inter operantem, & non operantem reducere in ipsam voluntatem, contra illud Pauli quis te discernit,

2^m fundamentum
ex necessitate gratiae
& infirmitate arbitrij

Deh^o fm. iij fra
Sect. 34. c. seq.

15

Tertium fundamentum sumitur ex parte diuinae providentiae; nam diuina providentia praefinit omnia opera nostri liberi arbitrij, secundum consilium voluntatis suae; alias diminuta esset, respectuqz illius, fortuiti essent, & casuales omnes actus nostri liberi: ergo exequitur diuina providentia dictam praefinitionem, mediante aliqua praemotione efficaci, seu applicatione, qua efficaciter & inuitabiliter faciat voluntatem operari, alias

Deh^o fundam.
V. Sectio. 38.

Sectio quarta

aliás si ex parte Dei nulla precederet talis motio, vel applicatio efficax, sed relinqueretur voluntas in sua indifferentia, posset non ita sperari, ut deus præfinierat sua providentia; atq; adeo voluntas humana frustrare posset providentiam diuinam, quod est blasphemum.

SENTENTIA

Doctoris Molinae, duabus

conclusionibus exp

plicatur

Sectio quarta

Sententia D^{ris} Molinae duabus conclusionibus absolvitur. Prima conclusio sit. Auxilium præueniens internum (de hoc enim tantum loquimur) consistit solum in illustratione quadam intellectus, vel sancta cogitatione, & in motu quodam voluntatis non deliberato sine timori, spei, vel amoris, siue cuiusvis alterius boni affectus, quæ omnia ad vocationem spectant, & præter hoc auxilium non est ponendum aliud auxilium præueniens per modum applicationis, vel actualis præmotivis efficacis. Pro hac conclusione, videndus est Molina disputa. 26 de sequentibus ad artic. 13. questi. 14

1
Prima Concl.
D^{ris} Molinae

2.
Secunda Concl.
C

2. ^a Principalis conclusio est, nullum prorsus dari auxilium præueniens, determinationem voluntatis humane de se & ex natura sua efficax, aut efficaciter prædeterminans voluntatem, sed omne auxilium præueniens esse quidem sufficiens, ad excitandum liberum

Sectio quinta

liberum arbitrium, & ei cooperandum, si ipsum arbitrium consentire velit eius executioni: ita tamen ut eidem auxilio etiamposito, quod jam cor hominis tetigerit, liberum arbitrium, possit resistere, & dissentire, vel illud abijcere si velit.

PRIMA CONCLV

sio sectionis precedentis pro

batur auctoritate Conci

lioy & Pontificum

Sectio quinta

Non immerito cupiam, superfluum esse videbitur
 prime conclusionis sectionis precedentis probationem aggredi,
 cum probationis munus adversarijs incumbat, qui novam
 illam rationem adstruunt gratia praevenientis; quam eos
 non probasse aliquo praesertim testimonio Patrum, nostrae pri-
 mae conclusioni loco probationis sufficere posset. Verum quia in
 re gravissima vijs omnibus veritatem inquirere ac demonstra-
 re non piget. age jam, ut ad ipsius met prime conclusionis pro-
 bationem accedamus.

In primis igitur illam physicam applicationem &
 praemotionem praevenientem nostrae voluntatis determina-
 tionem (quam gratiam vel auxilium praeveniens appellat
 adversarij) non inveniri apud antiquos patres manifes-
 tum erit eorum doctrinam evolventibus. quod autem

e con

1
 probatio Incum-
 bit adversarijs

applicationem illam
 physicam non osten-
 dit adversarij in
 antiquis Patribus

l'contra ubique gratiam praeuenientem vel auxiliū
praeueniens in vocatione constituent, quae & sanctam cogi-
tationem & indeliberatos voluntatis affectus includit. pro-
batur.

3. ^{Caesariensis} Primo ex Celestino Papa epistola ad Episcopos Galliae
habetur tomo 7. operum Augustini, ubi tradens Episco-
pis quoddam quasi canones catholicae fidei ex Patribus
acceptos, quos (inquit ipse) suos effecerunt Apostolici An-
tistites, dum illos approbarunt. inter alios adducit Canonem
Episcoporum Africae in epistola quadam ad Sozimum, in
quo illud, preparatur voluntas a Domino, sic tantum expli-
cant. ut boni aliquid agant paternis inspirationibus, ipse ta-
git corda fidelium. Enimvero inspirationes, ad vocationis mo-
tus iam explicatos pertinere manifestum est.

4 ^{Conci. Araus. 2^m.} Item concilium Arausian. 2^m. quod saepe
docuit praeuenire Deum humanas voluntates, & facere
sua infusione, & operatione ut faciamus, & velimus Can.
4. 6. 9. 20. 23. & 28. Tandem id similiter
explicuit Canon. 2. ibi Per gratia donum, id est per ins-
pirationem Spiritus Sancti; & clarius Can. 7. ibi. abs-
que illuminatione & inspiratione Spiritus Sancti & Can.
8. sic explicat illud Joannis, ibi. Nemo potest veni-
re ad me nisi Pater etty quia scilicet, non sine reuela-
tione Dei; iuxta illud Caro & sanguis non reuelabit tibi
sed Pater etty

4 ^{Conci. Trident.} Denique aperte Tridentinum sess. 6. c. 9. ubi epoc
dium

Sectio sexta

Conci. T. d.

diuum Iustificacionis in adultis sumendum esse, inquit, a Dei gratia praeuenienti, explicans autem, quae sit haec gratia praeueniens, subdit. Hoc est ab eius vocatione qua nullis eorum existentibus meritis vocantur. Pro eodem igitur accepit Concilium gratiam praeuenientem & vocationem Dei. frustra ergo et absque vilo fundamento additur applicatio illa voluntatis, ad consentiendum tamq[ua]m gratia praeueniens nostram determinationem.

E A D E M, C O N C I L I O

sio, Ambrosij & Augusti
ni testimonijs confirmatur.

Et quod verum sit, Deus facit ut velimus, per

^{vocationem.}
Sectio sexta

Praeuenientem gratiam saepe explicuisse Augustinum in vocatione consistere, nulla alterius applicationis physicae, mentione facta adeo notum est, ut aduersarij negare, non possint; aiunt tamen alibi meminisse huius sua physicae applicationis, cum scilicet saepe asserit Deum facere ut velimus, & faciamus. In praesens illud Ezechiel. 36. faciam ut in iustificationibus ambuletis: neq[ue] enim alii intelligere putant, Deum facere ut velimus, & faciamus, nisi quia priori illa sua applicatione applicet, & praemoncat voluntatem, & faciat ipsum concursum voluntatis nostrae, tamq[ua]m effectum physicum

per

... arguit ...

... non ...

c. 36. 36

Sectio septa

per ipsam applicationem, tamquam per actionem
physicam illius, cui interpretationi confisi, eo progrediun-
tur ut asserant hoc esse evidens principium, in naturali-
bus, hoc complexum scilicet causam secundam operari esse
effectus solius Dei. id quod etiam intelligunt de operibus
voluntatis quod quidem an dissentiat a recta fide, ut Lu-
theranis Dogmatibus consentiat, Judicium erit recense-
re.

supra Sect. 2.
n. 3.

Sed ut ad rem redeamus Augustinum illo loquendi
modo saepe usum fuisse, ostendunt ex libro de gratia, & lib.
arbit. cap. 16. ubi ait. Certum est nos velle, cum volumus
sed ille facit, ut velimus bonum; & infra. Certum est nos
facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus praebendo vires
efficacissimas; Et libro 1.º de predestinatione Sancto-
rum c. 10. cui magnam fidem deberi asserunt adver-
sarij, eo quod Augustinus illum scripserit in senectute. &
hanc loquendi rationem, imitatur Fulgentius lib. 1. ad
Monimum c. 8: quinimo & Augustinus aliquando ita asse-
rit. Deum facere ut velimus, & faciamus, ut etiam doceat
id facere Deum sine nobis, esse qz opus solius Dei. Primum in
c. 17 de gratia & liber. arbit. inquit in haec verba. Ut ve-
limus sine nobis operatur, cum autem volumus, & sic
volumus, ut faciamus nobiscum operatur: tamen sine illo
operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona
pietatis opera, nihil valemus Deinde lib. 1. ad Simpli-
cianum q. 2. ante medium, ubi ita scribit. Aliter Deus
praestat ut velimus; aliter Deus praestat quod voluerimus:
ut velimus enim, & suum esse voluit, & nostrum: suum vo-

2

3

4

5

can

Aug.
testim Aug. ex
quibz adversarij
eliciunt suam ap-
plicationem, vel prom-
issionem phys.

Fulgentius.

Aug.
Deus solus facit
ut velimus de-
cundum Aug.

q. 2 ad Simpl.

cando, nostrum sequendo, quod autem voluerimus so-
 lus prestat; quo loquendi modo indicat Augustinus in no-
 bis Deum, sine nobis solum facere ut velimus & faciamus
 quod nulla ratione verum esset, nisi ipse voluntatem nostram
 applicaret. Collegit autem hunc loquendi modum Augus-
 tinus, ex illo Philipp. 2. Deus est qui operatur in nobis, vel
le & perficere, pro bona voluntate; non dicit Paulus, coopera-
 tur sed operatur; ut solus Deus intelligatur: liberum au-
 tem consensum non operatur solus, sed cum libero arbitrio;
 ergo ratione applicationis dicitur solus operari. Hac etiam ra-
 tione ^(inquirunt) dictum putat Augustinus in illa questione 2^a. Non
est volentis neq; currentis, sed Dei miserentis ad Roman. 9.
ac si dixisset Paulus, sed solius Dei miserentis. Solius au-
 tem Dei esse sequitur, totus consensus: superest igitur, ut sit ap-
 plicatio illa prior. His etiam addunt Aduersarij Testimo-
 nium Augustini, in Enchiridion c. 32. ubi explicans
 hunc locum ad Roman. 9. inquit. Restat ut propterea
recte dictum intelligatur; non volentis, neq; currentis
sed miserentis est Dei, ut totum Deo decur, qui hominis -
voluntatem bonam, & preparat adiuvandam, & ad iu-
uat preparatam. preparare autem voluntatem, nihil
 aliud esse potest quam ipsam applicare ad consensum.

Philipp. 2.

Rom. 9.

Enchir. 32.

At Si nihil obstantibus, proculdubio Augusti-
 nus, nunquam illam applicationem physicam docuit
 sed in sola vocatione, gratiam praeuenientem constituit
 eaq; dicit Deum operari voluntates nostras & facere ut
 faciamus et; qua ratione gratia operans recte dicitur
 quod quam vere & proprie dictum sit postea explicabimus.

Deus facit ut
velimus per vo-
catione?

Modo

sectio septima

Modo testimonia Augustini prius proferamus.

8
Aug. de spū c
lra. 33

In primis libro de spiritu & littera c. 33. proponit hanc questionem utrum voluntas illa qua credimus etiam ipsa Dei donum sit, an ex illa, naturaliter insita adhibeatur arbitrio (Porro Deum donare nobis voluntatem, & facere ut velimus; idem omnino sunt) & cum docuisset voluntatem referri in Deum quatenus procedit ex libero arbitrio, quod, cum crearetur, naturaliter, accepit a Deo: quia hec reductio voluntatis in Deum non sufficit ad propositam questionem c. 34 respondet. Attendat, & videat, non ideo tantum istam voluntatem diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est, verum etiam quod visorum suasionibus agit Deus, ut velimus & credamus sine experientia per euangelicas exhortationes, ubi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonent hominem infirmitatis sue, ut ad gratiam iustificantem credendo confugiat, sine intrinsecus ubi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriae voluntatis est. His ergo modis quando Deus agit, cum anima rationali, ut ei credat, neque enim credere potest quolibet libero arbitrio, si nulla sit suasio vel vocatio, cui credat: profecto & ipsum velle credere, Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius praeuenit nos. Ecce manifestissime Augustinus duobus tantum modis agnoscit voluntatem esse donum Dei, & fieri a Deo. Primum quatenus est, a dono eius, quod est liberum arbitrium, sed quia hoc non sufficit, subiungit etiam secundum, quatenus vocatione, & suasionem visorum agit Deus

c. 34

Ut

ut velimus &c. Negs meminit huius applicationis phy-
 sica quam tribuunt aduersarij. Item de ecclesiasticis dogma-
 tibus c. 21. (si Augustinus autor est huius libri) inuitatio-
 ni, & admonitioni, quae ad inuitati vocationem expectant, tri-
 buit initium salutis nostrae, quo habemus, aut acquiescamus
 inspirationi: sic enim ait. Manet ad quaerendam salutem ar-
 bitrij libertas, sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem,
ut vel eligat, vel sequatur; & initium salutis nostrae, Deo mise-
 rante habemus, ut acquiescamus salutiferae inspirationi, nos-
 trae potestatis est & lib. 1. questionum ad Simplicianum
 q. 2. (quam questionem Augustinus ipse senior, in ipso lib.
 de predestinatione sanctorum. c. 4. commendat maximè,
 & ad illam mittit eos, qui in hac materia, de concordia gra-
 tiae & liberi arbitrij, cum ipso met Augustino volunt profice-
 re). In illa ergo questione ita scribit. Aliter praestat, ut velimus,
aliter quod voluerimus, ut velimus enim, & suum esse vo-
 luit, & nostrum, suum vocando, nostrum sequendo; quod
autem voluerimus solus praestat, id est posse bene agere, & sem-
 per beate viuere, ubi dixit Dei esse vocationem quia solus eam
 praestat; nostrum autem sequi vocationem, quia nostrum
 est cooperari & paulo antea dixerat. Vocando Deus praestat
 & fidem quia sine vocatione non potest quisquam credere
 Et de Esau inquit eodem loco. Noluit ergo Esau, et non cucu-
 rrit: sed etsi voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio peruenis-
 set, qui ei etiam velle, & currere praestaret vocando, nisi
 vocatione contempta, reprobus fieret. In ea igitur questio-
 ne Augustinus docet Deum praestare nobis, ut curramus, ut
 velimus, & operemur, praestare autem per vocationem suam:
 cum ergo idem sit, praestare ut velimus, & facere ut velimus,
 etiam

de eccles. dog.
c. 21.ad Simpl.
q. 2.commendati
ab Aug. & 2
ad Simpli.

C 9

X. 10.

Sectio 6^a

etiam desola vocatione sentit Deum facere in nobis per il-
lam ut velimus. Et eadem quaestione secunda ait. non igitur
putandum est, ideo dictum non volentis est, quia nisi eius ad-
iutorio non possumus adipisci quod volumus, sed ideo potius qu-
nisi eius vocatione non volumus: Vnde ad sequens quoddam
dubium assumit, ut principium certum; Sed si vocatio illa est
effeltrix bonae voluntatis est. Et tandem in eadem quaestio-
ne late sic explicat illud. Non ex operibus, sed ex vocante ni-
si ergo (dicit) vocando praecedat misericordia Dei, nec credere
quisquam potest, ut ex hoc (scilicet quod vocauerit) accipiat
facultatem bene operandi. Et infra. vocando Deus praestat
et fidem est et infra quia ei (scilicet Esau) velle et curre-
re vocando prestare est. Et infra. quia vocatio (supple) pra-
cedit bonam voluntatem, propterea vocanti Deus recte tribu-
itur, quod bene volumus. In tota igitur quaestione, non alia
ratione explicat Deum esse causam fidei, & voluntatis nos-
trae, nisi ratione vocationis. Sed eundem modum loquendi
eodem modo intellexit, alijs in locis, quae senior scripsit.
Epistola enim 107 post initium disputans contra Pela-
gium, qui cum solam gratiam aeternae praedicationis co-
cederet, dicebat Deum facere ut velimus, quia fiunt nobis
nota eloquia sua: ita loquitur. Si ergo ita prepararet, at-
que operaretur Deus hominis voluntatem, ut tantum mo-
do legem suam, atque doctrinam libero eius adhiberet arbi-
trio, nec vocatione illa alta, atque secreta, sic eius ageret
sensum, ut eidem legi, atque doctrinae accommodaret ad
sensum; proculdubio eam legere, vel intelligere legon-
do, vel etiam exponere, ac praedicare sufficeret: neque opus es-
set orare est. Vbi Pelagius dicenti sola praedicatione

Augustinus
epist. 107.

D

Deum

Deum preparare & operari in nobis voluntatem, opponit vo-
cationem altam & secretam, qua Deus ita agit sensum ut faciat
nos predicationi assensum præbere, & ratione huius vocationis ex-
plicat illud ad Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle
quod perperam intelligebat Pelagius, de externa prædicatione.

Philip. 2.

12

Et tandem in eodem libro de prædestinatione sanctorum c. 19 cir-
ca medium (cuius fidei aduersarij standum esse contendunt) sic
ait. Nec quia credimus, sed ut credamus vocamur; atq; illa voca-
tione qua sine penitentia est, id prorsus agitur & peragitur ut creda-
mus & infine. Deus igitur operatur in cordibus hominum vo-
catione illa secundum propositum suum, de qua multum loquuti
sumus, ut non inaniter audiant Euangelium, sed eo auditu co-
vertantur. ~

Augusti:
de prædesti. 81
c. 19.

13

Fatemur igitur aduersarijs Augustinianum esse
dogma, ac sacris scripturis valde consentaneum. Deum per
gratiam præuenientem facere ut faciamus, & velimus. etq; quod
quidem & testimonia ab illis citata, & que nos retulimus, satis
probant: gratiam vero præuenientem, qua id facit, esse illam sua
phisicam applicationem, vel præmotionem voluntatis ex pro-
prio cerebro ipsi imposuerunt, cum Augustinus nihil tale sig-
nificet, sed ratione vocationis, quam sæpiissime applicauerit,
prædictum axioma ut iam satis superq; demonstratum est. ~

EXPLICATUR

secundum mentem Augusti

ni, ratio illius prologij, De

us facit ut velimus



Sectio

Sectio Septima

1

Per vocationem
Dei, facit ut reli-
mus etiam efficienter
cooperando volun-

Qua ratione per vocationem Deus dicatur donare nobis Voluntatem, et facere ut faciamus in promptu est eppli care. Primo enim id verum habet quia ipsa sua vocatione, tamquam causa secunda supernaturali conversionis seu voluntatis nostrae efficienter et propria illam voluntatem operatur, ad modum quo multi dicunt actum intentionis efficere actum electionis: ita tamen ut non prius vocatis aliquem influxum physicum habeat, in voluntatem, vel in actum conversionis, quam ipsa voluntas - sed simul influat cum illa, ut saepe Molina docet.

2

† ut ex Aug. contendit
probare. Greg. de
Valen. 2. c. comm.
Theolog. disp. 3. q.
3. p. 4. et unde
August.

Sed quamvis certum de sine controversia sit, actum conversio- nis ponendum esse aliquem influxum supernaturalem physi- cum, qui simul cum influxu voluntatis actum efficiat, qui ta- men certum non est, an ille influxus sit a vocatione ipsa, an imme- diate a Deo, neque id explicuisse videtur Augustinus, ideo in sta- tus eius mentem, quae ex certis procedit, et in omni opinione amplex- tenda est alia quaerenda est explicatio.

3

Vult ergo Augustinus Deum per vocationem esse cau- sam quasi moralem nostrae voluntatis, et facere ut velimus sua- sionibus, et affectionibus illis, quas in nos excitat; nam et causa moralis vera causa est, et amicus ut constat; et amicus dicitur fa- cere ut alter sibi amicus velit quidquid sibi placuerit; et orator, qui sermone potens, est, dicitur in potestate habere auditorum animos (unde et hispano sermone fertur tiene los coracones en la mano) ut ipsos in quem maluerit affectum trahat: id quod Deo singularissima ratione tribuitur: tum quod non solum in- citamentis, sed interius operans ipsam voluntatem, sanctam- que cogitationem immittens, atque affectus illos indeliberatos, quos

Augustinus vult
causa moralis tribuit
ut quod faciat ut
amimus

Diximus

Diximus, inspirans, eandem voluntatem inclinans, & inflectit ad bonum: tum etiam quia non ignorans rei eventum, sua vocatione nos excitat; imo et praesupposita scientia infallibili, qua infra explicabimus, cognoscens quanam vocatio sit nobis congrua, & profutura, tunc eam nobis applicat, cum praescit effectum habituram, & conversionem nostram operaturam; & ideo sic nos vocari propriissima dicitur donare nobis conversionem, & esse nobis causam illius.

A
de gratia & libero
arbitrio. c. 18

Sed explicare restat cur dixerit Augustinus Deum solo cum sine nobis hanc nostram voluntatem vel conversionem efficere aut operari, ut supra dicto capite 17 de gratia & libero arbitrio, & cap. 5. eiusdem libri, ubi expresse asserit, Ut Apostolus Paulus de Caelo vocaretur. (neque id solum, sed etiam) ut tam magna & efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat sola cum tamen alibi dixerit Augustinus. ut velimus, suum esse voluit & nostrum, suum vocando nostrum sequendo.

Cur Augustinus
vocationi dixerit
gratia operantem
Deum cooperantem

† alij locis citatis
sup. sect. 6. n. 2. esse
quod.

9

Adversarij contendunt id alia ratione explicari non posse, nisi quia voluntas vere efficit, imo libere (inquit) efficit consensum, & hac ratione aliquando dicitur non Deus solus sine nobis operari: at vero quia illa met efficiencia nostra est a Deo, ratione illius precedentis applicationis & praemotivis physica, ideo inquirunt dici potest locis citatis ut ait Augustinus, quod solus Deus operatur.

Adversariorum
ratio

6

Verum hanc interpretationem constat esse contra mentem Augustini, & plurimum Theologorum, qui has Augustini sententias (quibus asserit Deum solum, id est sine nobis operari) referunt ad primum actum liberum voluntatis, non ad sequentes, & inde dicunt gratiam operantem referri ad solum primum

Refellitur ad
veneriorum
interpretatio

quod deo opa
sine nobis referri
tur ad. 1. alij

Sectio 7

Soto

mum. actum, ad alios autem sequentes gratiam cooperantē
 poni, & sic philosophatur & de hac gratia Soto c. 16. de natura
 & gratia & sic interpretatur Augustinus & Sanctus Thomam. 2.
 questione. 9. a. 4. & id manifeste constat præter alia loca, quæ bre
 vitatis causa omittimus, ex verbis iam citatis c. 17. de gratia & li
 bero arbit. Ipsē ut velimus, operatur, incipiens, qui volentibus coopera
 tur proficiens, & infra, ut velimus sine nobis operatur, cum autem
 volumus & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur, ubi ha
 bes gratiam operantem, qua solus Deus sine nobis dicitur operari ad
 primum actum referri. Ex quo liquido constat id non intelligi
 ratione illius physica applicationis, vel præmotionis physica; nā
 aduersarij constanter & quidem consequenter docent hanc præmo
 tionem & applicationem, necessariam esse ad omnes, & singulos actus,
 neq; solum ad primum, sed etiam ad sequentes: diceretur ergo etiam
 (ut ipsi dicunt) solus Deus sequentes actus operari, atq; adeo nulla
 esset prædicta differentia quam Augustinus & Theologi ponunt
 inter ipsum actum, & sequentes, & inter gratiam operantem &
 cooperantem, cessat ergo illis fundamentum præcipuum Augus
 tini ad suam physicam applicationem, vel præmotionem. Sed
 restat nobis quaerenda alia ratio interpretandi Augustinum.

Vera intelligentia
Augustini

Dicimus igitur cum Augustinus docet ipsam primā
 voluntatem esse nostram, loqui ipsum met Augustinum de cau
 salitate physica, & libera, vnde inquit, nostrum sequendo: quan
 do autem dicit esse solius Dei loquitur in genere causæ moralis vo
 cantis & allicientis. in quo genere aliter & aliter se habet voluntas
 respectu actus primi & sequentium; vnde & prouenit, quod & Deus
 aliter, & aliter se habeat respectu eorum: nam respectu primi actus
 voluntas nullo modo, ipsa se excitat neq; ipsa se impellit, aut allicit
 ut habeat primum actum; neq; ipsa, ut ita dicam, se vocat, sed hęc
 om

sectio 8^a

omnia Deus solus praestat per priores inspirationes, & cogitationes sanctas, quas excitat: unde in hoc genere solus Deus operatur hunc primum actum: ad actus tamen, & electiones sequentes iam voluntas se ipsam vocat, se excitat, atq; impellit, voluntarijs suasionibus atq; consilijs, a prima illa voluntate procedentibus; unde in illo genere iam non Deus solus, sed voluntas ipsa cum Deo sequentes illas electiones operatur, & facit se velle orare, vel confiteri, unde non Deus solus iam tunc operatur illas electiones sed cooperatur potius. Ut recte Bellarminus non segniter in Augustino venatus lib. 1. de gratia & libero arbitrio. cap. ultimo & Gregorius de Valentia tomo 2 sua Theologiae Disp. octava. quest. 3. punct. 5. Soto etiam de natura & gratia c. 16. sequutus videtur eandem rationem interpretandi non solum Augustinum sed & S. Thomam ubi supra; qui certe alii difficilem haberet explicationem, dum docet primum actum voluntatis non nobis tribui, sed Deo. ~

Bellar.

greg. de Val.

Soto.

8
c. 5
Ex dictis satis manet exposita ea Augustini Testimonia, quae adversarios pro sua sententia afferre diximus sectione sexta. Unum est quod maxime urgent ex cap. 32 Enchirid. Quod ut ostendatur nihil illis favere longiuscula indiget explicatione, quam sectione sequenti tractabimus. ~

Conclusio

EXPENDITUR

caput 32 Enchiridion

Augustini, & nihil favere

adversarijs ostendit.

sectio octava

1
In hoc capite 32 Enchiridion duo sunt quae

maxi

91
 Sectio 8^a

Quid opponant
 aduersarij in hoc
 cap.

maximè urgent aduersarij, vt probent illam suam appli-
 cationem physicam, in qua reducatur ipsa actiuitas voluntatis:
 ita vt nihil sit in actu conuersionis, aut in eius production, quod
 tribui possit ipsi voluntati: Sed totum & totaliter reducendum sit
 in Deum applicantem voluntatem, & facientem per supradicta
 applicationem vt ipsa operetur. Primum est quod dicit ibidem
 Augustinus illud Pauli: Non est volentis non recte explicari si
 dicatur non esse solius volentis, sed ita explicandum esse vt dicatur
 nullo modo esse volentis; nam atq; inquit Augustinus si recta es-
 set illa prior interpretatio, posset e' contradici non est Dei miserè-
 tus, recte qz esset interpretatum, id est non solius Dei miserentis;
 quod tamen dicit Augustinus, nullus Christianus dicere audebit.
 2^m est quod Augustinus tandem ibi concludat. Nestat vt propte-
rea recte dictum intelligatur, non volentis est, vt totum Deo detur.
 Ex quo colligunt Aduersarij ita totum Deo dari e' mente Augusti-
 ni, vt voluntas nihil habeat in illo opere, nisi quatenus applicatione
 physica applicatur a Deo.

At vt ostendamus longe alio spectare mentem Augus-
 tini. Pro quo supponendum 1^o Augustinum proculdubio in illo
 cap. non excludere voluntatem hominis, a negotio iustificantis: tu
 quia expresse eam saluat in eodem capitulo ibi. cum proculdubio
si homo eius etatis sit, non possit credere, sperare, diligere, nisi velit,
neq; pra'uenire ad palmam supernae vocationis, nisi voluntate cu-
currerit; & episcopus statim infert, quomodo ergo non volentis? nisi
 quia & ipsa voluntas a Deo praeparatur (scilicet) per vocationem
 (hanc enim praeparationem ubiqz ponit Augustinus, vt constat
 ex supra dictis, specialiter epistola 107 ibi Si ergo ita praepararet
est;) quasi expresse velit Augustinus in applicatione illius tes-
 timo

Explicatio Au-
 gustini

m. c. 32. Ensbir. ad
 mittit Aug. alio
 volunt' in neg
 iusticia?

ep. 107

timonij ad gratiam diuinæ preparationis per vocationem recurrere, et nihil derogare videatur propriæ alicuius voluntatis.

3 Jam ergo ut Augustini mentem inueniamus, supponendum est, 2^o Augustinum, in illo cap. disputationem instituisse contra eos, qui (ut constare potest ex supradictis sectione 1^a & ex epistolis Hilarij & Proiperi, ad Augustinum) dicebant in pri-
 nis, et recte quidem; duas esse quasi partes quæ veluti integrant totum negotium iustificationis, scilicet & voluntatem hominis quæ vult sanari, & gratiam iustificationis vel remissionis, quæ sanatur & ad vitam eternam promerendam, deinceps iuuatur. 2^o tamen male diuidebant has duas partes, dicentes gratiam iustificationis sanantem, esse quidem gratiam, & donum Dei, sed opus hominis ex viribus nature. Vtrunq; dictum colligitur, ex libro de predestinatione sanctorum, cap. 2. in fine, ibi. Volens ase ipso esse quod credit, quasi componit homo cum Deo ut partem fidei sibi vindicet, atq; illi partem relinquat etq; (nam eodem modo isti sentiebant, de voluntate sanandi, & de prima fide, ut ex epistola Hilarij circa principium constat, ibi. eo merito quo voluerint & crediderint, & 3^o aserebant hanc voluntatem meriti ipsam gratiam iustificationis ut constat; tum ex verbis Hilarij modo citatis; cum ex Augustino contra duas epistolas Pelagij libro 4^o cap. 6. Quid prodest quod gratiam dicant ad iuuare, cuiusq; propositum bonum; hoc sine scrupulo accipetur catholice dictum, in non in bono proposito meritum ponere. 4^o tandem ex his concludebant meritum incipere a libero arbitrio ut refert Augustinus de predestinatione sanctorum, cap. 2. ad principium ibi. eo merito quo cepit a nobis.

4 Hanc suorum aduersariorum conclusionem, intendit improbare Augustinus, in hoc cap. 32. Enchiridion, ut constat

Contra quos disputet ibi Augustinus

Propositiones eorum contra quas disputat Augustinus

1^a

2^a

Voluntatem a uen-
 sanitatis conseruanda, non esse donum Dei

3^a

4^a

Intentum Augustini

Sectio 8^a.

tat ex principio: si proponens intentum sua disputationis
ait Item ne quisquam de ipso glorietur libero arbitrio volunta-
ri tamq̃ ab ipso incipiat meritum cui tamq̃ debitum reddatur
præmium bene operandi, (scilicet gratia iustificans, quam
& gratiam bene operandi dicebant, quod iuuaret hominem ad
opera bona & meritoria vite eternæ) Ut autem eorum con-
clusionem improbet non repugnans primo eorum dicto, intendit
destruere secundum dictum, quod diuidebant illas duas partes tri-
buentes Deo solam gratiam remissionis; voluntatem autem
sanandi, soli libero arbitrio. Assumit ergo oppositum huius sci-
licet non solum gratiam sanantem, sed & voluntatem sanandæ
esse donum Dei: quod probat ep̃ illo ad Philippen. 2. Deus est
qui operatur in vobis velle: & ep̃ ad Roman. 9. non volentis
neq̃ currentis, sed miserentis est Dei. Quomodo autem intel-
ligat voluntatem esse donum miserentis Dei, statim explicat,
quia & ipsa voluntas a Deo preparatur, scilicet, per vocationem
ut iam expositum est. Unde concluditur intentum propositum
in principio cap. (scilicet) meritum non incipere a libero arbitrio,
sed a vocatione Dei, quæ præuenit liberum arbitrium, & tribuit
nobis voluntatem sanandæ, ut ad finem capituli magis explicatur,
Ideoq̃ dicitur non volentis est.

Philip. 2
Rom. 9.

no loq̃ Aug. de merito
proprio, et neq̃ semi
pelag. ut supra. sic
hanc. l. n. 4.

Expositio Grego-
rij Nazianzenis ad
illud non volentis.

Sed quoniam dicere poterant aduersarij locum Pauli
ad Romanos, scilicet, non volentis aliter intelligi posse (prout
etiam intellexit Gregorius Nazianzenus, oratione. 31. sup
illud Mathei 19. Cum consummasset Iesus hos sermones, -
post medium) scilicet non volentis, id est non solius volentis
eo quod licet prima voluntas sit volentis, tamen ipsa gratia sa-
nans, vel etiam voluntas sequens, seu ut Gregorius ait, electio
eorumquæ recta sunt, (quæ electio primam voluntatem sup-
ponit

E

ponit

6
7
supponit) est beneficium & gratia Dei atq; adeo recte dicit Paulus totum illud non esse volentis. Hanc interpretationem excludit Augustinus hoc argumento, quia eadem interpretandi licentia dicere potuissent aduersarij et contra etiam vere dici posse, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis quia scilicet, non est totum solius Dei cum & ipsa voluntas sanandi ex eorum sententia, non sit donum Dei, sed purum opus hominis. quod tamen nullus Christianus (inquit Augustinus) dicere audebit. Ex quo concludit quod supra diximus. Nescit ut propterea recte dictum intelligatur non volentis sed miserentis, ut totum Deo detur qui hominis voluntatem bonam, et preparat ad inuandam, & adiuvat preparatam (hoc est ut Dei donum censeatur, non solum gratia sanans, & adiuuans, sed & ipsa prima voluntas sanandi, quam preparatione vocationis sua donauit nobis Deus. Nec dixit Augustinus (ut totaliter Deo detur) quod forte ut cumq; faueret nostris aduersarijs, nam videretur excludere voluntatem, & quamlibet aliam causam, etiam partialem, & minus principalem; sed solum dixit ut totum Deo detur, totum, scilicet, ex parte effectus, hoc est, tam gratia sanans, quam voluntas sanandi. Saltant igitur extra Chorum aduersarij, dum putant Augustinum sibi fauere in verbis in principio propositis, & modo iam explicatis, ad excludendam adiuuatam propriam voluntati, ex propria libertate, & inducendam illam suam physicam applicationem, quae certe nihil pertinet ad intentum Augustini neq; ad eius discursum.

Excluditur ab Augustino

quid est quam dicit Augustinus totum Deo detur.

† Sic enim et accipit Aug. eand. sent. de Psal. 5. c. 7. & quicquid igitur ante nos inchoat, cum crederet, cum crederet, et cum crederet bene operatus est Cornelius totum Deo dandum est.

8
Sed instare possunt quia etiam si id non intenderit Augustinus, tamen reuera eius argumentum etiam probare potest contra nos, & pro illorum sententia: sic enim forsan potest argumentum; Cum Paulus dicit non volentis est, vel intelligit quod nullo modo est volentis, etiam tamq; causa partialis, eo quod volens

Applicatur argumentum Augustini ut militet contrariam sententiam

nulla

nullam habet aſſuitatem a ſe, ſed quam accepit ab illa applica-
 tione phyſica etq; & ſic aduerſarij habent intentum; vel ve-
 rum habet quod dicitur, non volentis quia non eſt ſolius volentis, ſed
 & volentis hominis & Dei miſerentis: & tunc etiam verum habe-
 ret ſi e' contra diceretur non miſerentis Dei, ſed volentis eſt hominis,
 quia ex noſtra ſententia non ſolius Dei ſed etiam hominis etq;

Reſpondetur quod dicit Apoſtolus, Non volentis etq; reſſertur
 ad radicem & initium noſtræ iuſtificationis, quæ nullo modo eſt libe-
 rum arbitrium, quia licet ex ſua voluntate & libertate voluntas ſe
 determinet ad conſentiendum; tamen hæc ipſa determinatio volunta-
 tis reducit in ipſam vocationem Dei, non phyſicè, & efficaciter
 prædeterminantem voluntatem ſed excitantem & allicientem
 illam ut ſe determinet. Adde quod etiam prima voluntas dis-
 ponens ad ſalutem conſequendam ut ſupernaturalis eſt, quo ſolus
 modo ad negotium iuſtificationis pertinet, nullo modo eſt a libero
 arbitrio, hoc eſt non habet ab illo, quod ſupernaturalis ſit, & qua-
 lis oportet ad ſalutem, ſed id habet a ſolo Deo ratione ſupernatu-
 ralis influxus illius, quo Deus concurrat cum voluntate, ſive im-
 mediate per ſe ipſum, ſive mediante vocatione ipſa ut latius in
 ſequentibus explicabimus

EADEM PRIMA CONCL^ſ

ſectionis quartæ. Probatur testi-
 monijs aliorum Patrum.

ſectio Nona.

Mentem Auguſtini (qui in hac materia merito Archi-
 magiſter habetur) non ſolum explicant eius apertiſſima verba, quæ
 iam retulimus, ſed & teſtimonia diſcipulorum eius, qui ita ſem-
 per eius doctrinam intellexerunt, cum etiam ipſi authoritate pro-
 pria, ut ſunt grauiffimi ecclæſiæ Patres, magnam fidem
 faci

Sectio nona

faciunt nostrae sententiae

2 In primis Prosper Aquitanicus libro 2. de uocatione gen- Prosper
tium c. 26 alii 9. ita inquit. Gratia quidem Dei in om-
nibus iustificationibus, principaliter praedominet suadendo exor-
tationibus, monendo ex exemplis, terrendo periculis, incitando mi-
raculis, dando intellectum, inspirando consilium, corq; ipsum il-
luminando, & fidei affectionibus imbuendo. quibus verbis initi-
um gratiae, quae praedominet (hoc est) praueinit, describit. Totum
autem praeter externa signa, & exempla, reducit ad intellectum, co-
nsilium, illuminationem, quae se teneant, ex parte intellectus, &
ad affectum fidei, qui se tenet ex parte voluntatis, siue sit timoris siue
sit amoris; intelligit autem motum non deliberatum, nam de co-
sensu deliberato, in quo putat esse gratiam cooperantem, statim
subiungit. Sed etiam voluntas hominis subiungitur ei atq;
coniungitur, quae ad hoc praedictis est excitata praesidij, ut dicunt
in se cooperetur operi & incipiat exercere ad meritum, quod ~~supra~~ perna semine
~~ras semina~~ concepit ad studium. Et paulo inferius ostendens a quo
in nobis gignatur consensus inquit. Hunc autem consensum non
solum cohortatio praedicantium & incitamenta doctrinae, sed &
metus gignit: propter quod scriptum est, principium sapientiae
timor Domini; qui quantis libet terroribus inferatur, non aliud
agit, quam ut quem fecerit timentem faciat & uolentem. Vbi so-
lum metum & timorem natum ex uocatione ad gratiam pre-
uenientem existimat pertinere. Clarissime tamen Bernardus
in opusculo illo aureo de gratia & libero arbitrio nostram senten-
tiam expressit his verbis. Ipsa (nempe gratia) liberum exi-
tavit arbitrium cum seminat cogitatum; sanat, cum immutat affec-
tum: roborat ut perducatur ad actum; seruat ne sentiat defectum: sic au-
tem ista tria operatur cum arbitrio, ut illud primo praueinit (nem-
pe cum seminat cogitatum) in ceteris committitur, ad hoc utiq; pra-

Bernardus

Sectio decima

veniens ut iam sibi deinceps cooperetur. Et paulo post. Sic ergo Deus tria haec, hoc est bonum cogitare, velle, perficere, operatur in nobis: primum profecto (scilicet cogitatum) sine nobis: secundum (scilicet affectum, & consensum) nobiscum: tertium (scilicet actum, aut opus) per nos. Quibus verbis differte Bernardus gratiam praevientem in cogitatione constituit & prater illam nullam aliam applicationem postulat, ut consensum praebeamus. Accedat testimonium Cyrilli Alepandrini, lib. 4. in Joannem. c. 7. ubi supra illud, Omnis qui audiuit a Patre & didicit veniat ad me, ait. ubi enim auditus, disciplina, doctrinaque adest, ibi fides non vi, sed persuasionem oritur; patrocinioque Dei Patris, quod ex charitate dignis praestatur, non vi, & Christum, fideles agnoscunt. Ecce gratiam praevientem agnoscit Cyrillus in disciplina, doctrina & persuasionem positam esse, illam vim quam adversarij ponunt ex parte refellit. Item Methodius libro de libero arbitrio, quem refert Iuxrianus. 4. contra Magdebur. cap. 2. omnem praevientem gratiam hortatione sua voluntatis, declaratione & admotione applicat: verba inferius referemus.

Cyrillus Alepandrinus

Methodius

SANCTUM. THOMAM CONSENTIRE,

neque illam applicationem physicam

quam adversarij excogitarunt

docuisse exponitur.

Sectio decima.

Inter insignes Augustini discipulos magnus est S^{ct} Thomas, quem proinde a sententia, quam esse Augustini monstra-

id quod manifeste deduci potest ex his testimonijs eiusdem S. Th^{ae} qualitate expendimus in fra dicta intelligantur, quorum varietas ex eo processit, quod subtiliter Metaphysicorum more, omnes rerum rationes distinxerit: ne singula eius dicta recensentes, plus iusto sermonem protrahamus, quod consentiant Aug.

Jam

Sectio undecima

Dam applicationum genera assignabimus, quibus facile varia eius
dicta, & intelligi & conciliari possint.

1

igitur iuxta S. Thomae doctrinam notandum est omnes ef-
fectus causarum, multipliciter tribui posse a Deo 1.º tamq̃ prima cau-
sa, origini, & principio, a quo receperunt omnem suam vim actiuam, &
inclinationem ad operandum; qua ratione etiam motus grauis tribuitur
generanti 2.º tamq̃ assistenti intimè ipsi virtuti agenti, & inclinatio-
ni, & eam per actualem influxum conseruanti, & hac ratione 1.º p.
q. 108. ar. 8. dicit Sanctus Thomas, Deum se habere ad causam secun-
dam quasi in genere causae formalis, non quod verè causa formalis sit
sed quod immitetur modum formae, in eo quod intimè assistat ipsi vir-
tuti agenti: 3.º demum tribuitur Deo, quilibet effectus, tamq̃ influ-
enti actualiter simul cum causa secunda, in ipsum effectum.

3. rationes con-
currendi genera-
liter cum omnibz
effectibus
1.º
2.º
S. Th. i. q. 9.
108. ar. 8.

2

Et haec tres rationes concurrendi generales sunt Deo cum
omnibus causis tam liberis q̃ necessarijs; & secundum quamlibet
illarum dicitur Deus applicare causam secundam ad opus: & in duo-
bus primis manifestius id constat; nam applicare sic in genere
nihil aliud est, q̃ ordinare causam ad opus; certum est autem quam-
libet causam actiuam, sua inclinatione ad opus ordinari, imo &
quasi impelli. Unde eo modo quo Deus est causa illius inclinatio-
nis causae 2.º, est etiam causa applicans eij. Juxta 3.ºam ratio-
nem etiam non incommode dicitur Deus applicare causam 2.ºam
ad opus quatenus ipsa inclinatio naturalis non videtur quasi proximè
ordinare, & propellere causam ad operandum, nisi positis omnibus
per se requisitis ad opus & cum vnum ex requisitis, sit ille Dei concur-
sus, quatenus Deus offert illum concursus, rectè dicitur applicare cau-
sam secundam quae sine illis in sua natura relicta non haberet suffici-
entiam operandi.

Predictae ratio-
nes concurrendi
dicuntur applica-
tiones.

3

Huiusmodi generalis inclinatio causarum sicut diuidi-
tur

quarta

85
Sectio undecima

applicatio spe-
cialis agentium
naturalium.

tur in naturalibus & liberam, ita & duplex applicatio, vltim⁹
distingueda est, alia pro causis naturalibus, alia pro causis libe-
ris, Causa naturalis applicatur a Deo per determinationē suā virtu-
tis naturalis ad vnum; licet enim re ipsa Idem sit inclinatio natu-
ralis agentium naturalium ad agendum & determinatio illo op-
tamen secundum rationem distinguuntur cum fundamento in
re, quod dicitur vltim⁹ esse eo solum sumi potest, quod latius patet in
inclinatio naturalis, q³ determinatio naturalis, cum illa sine hac
reperiatur in agentibus liberis; & haec distinctio sufficit vt loquat^r.

S. Thomas de his, tamquam de diuersis applicationibus, & satis
proprie haec determinatio, vocatur applicatio, quia magis coniungit^r

4
Sic sit quarta
applicatio mo-

ipsam potest suae operationi. Causa autem libera quae habet in-
clinationem de se indifferentem ad multa; applicatione alia in-
diget sua natura proportionata, nempe moralis, & rationalis &

4
duplex & mod⁹
applicat^r q³ li-
berae.

quae illam ita applicet ad opus: vt tamen non violet indifferentia²
& libertatem sibi propriam: at haec fieri solet dupliciter, vno mo-
do suasionibus & inspirationibus; & hoc modo dicit S. Tho. Deū

quinta applicat^r
libere p^r suasionem
& inspirat^r.

applicare voluntatem ad primum actum, excitando cogitationes &
affectus quosdam indeliberatos, cum tamen secundum hanc ratio-

ad actus sequentes vbi. sect. 7. n. 6. c. 7.

nem ipsa vltim⁹ se applicet, per ipsum actum primum, Nam ex
intentione alicuius finis ipsa voluntas se mouet ad quaerenda & eli-

quinta

genda media & haec sit quinta ratio applicationis: altero modo
fit & sit sextum applicationis genus per habitus qui inclināt, deter-

Sexta applicat^r
p^r libera per se
libere

minat, & applicant voluntatem ad opus, cum libertate tamen,
quia habitibus utimur cum volumus. Quod si habitus sint acqui-

siti quos ipsa voluntas, proprijs actibus, & propria industria sibi
comparauit, sicut ipsa est propria causa eorundem habituum, ita

& ipsa met per eosdem actus dicitur se applicare ad opus. At si ha-

bitus sint infusi a Deo, cum causa particularis illor^{um} per infusio-
nem

6

nem sit Deus, ipse etiam Deus per illos habitus dicitur volu-
tatem applicare. ~

4

Et secundum hac applicationis genera facile intelli-
guntur omnia loca D. Thomae, quae de applicatione loquuntur.
causarum secundarum ad opus. Neque credimus eum docuisse illam
aliam applicationem, veneram, intelligibilem, & ab Augustino abie-
nam quam aduersarij comminiscuntur; cum neque in S. Thoma ibi
tam inuenerint eius interpretes; scilicet neque Caietanus 1. p. q. 17
art. 13. Arist. neque sustinendus, & q. 19. art. 8. in fin. neque
Ferrar. 3. contra Gen. cap. 15. q. Arist. ad huius, ubi ad prepara-
tionem ad gratiam, solum effugit auxilium internum dirigens
& precipitans, quod manifeste ad vocationem pertinet. Neque etiam
eiusdem S. Thomae interpretas Fr. Hieronymus Perez supra
1. p. q. 23. ar. 7. ~

Explicatio s. Thoma in varijs locis

Caietan. 1. p. q. 17. art. 13. Arist. q. 19. art. 8. in fin. neque Ferrar. 3. contra Gen. c. 15. q.

Hieronymus Perez

9

Porro predictis facile ^{Loca} applicantur aliqua, in quibus sibi vi-
dentur aduersarij inuenisse illam suam applicationem. Primus
est in 1. p. q. 105. ar. 4. Sed hic locus non vrget nam ibi tan-
tum ponit duos modos quibus Deus ~~primus~~ mouet voluntatem; alte-
rum, ut obiectum (quod ad praesens propositum non spectat); alterum
ut ad causam efficientem. Et hunc modum sic explicat. Similiter
autem & virtus volendi a solo Deo causatur, & hanc tantum va-
tionem mouendi probat in toto articuli discursu, quae est illa appli-
catio quam primo loco posuimus; & forte hanc solam mouendi
rationem docere voluit 12. q. 9. art. 6. ibi Deus mouet vo-
luntatem tamquam vniuersalis motor, ad vniuersale obiectum,
quod est bonum. ~

Explicatur s. Thoma 1. p. q. 105 ar. 4

12. q. 9. ar. 6

6

Secundus locus est in eadem questione art. 9. ibi sequi-
tur quod Deus in omnibus intimè operatur, & in fine. Operatio-
nes naturae Deo attribuantur quasi operanti in natura; unde dedu-
cunt Deum operari in causa. 2. illam motionem, quam ipsi ap-
pli

1. p. q. 105 ar. 9.

pli

Sectio undecima

Ad quod utitur d.
Thomas exemplo ar
tificis

plicationem vocant. Id q³ confirmant quia utitur ibi exem
plo artificis qui persimilem motionem applicat serram ad scin
dendum: Ex quibus verbis aduersarij intendunt deducere, illam
suam applicationem qua aliquid prauum operatur Deus in ipsa
causa secunda. At certe S^{tus} Thomas nihil ultra voluit nisi quod
Deus operatur in natura conseruans intimé ipsam inclinatio
nem, & virtutem agendi causa naturalis in suo esse. Quod auté
utitur ibi exemplo artificis, qui applicat instrumentum, aliquid
illi imprimens prater suam formam; certe nihil inuat aduer
sarios: non enim utitur ibi eo exemplo ut tribuat Deo eundem mo
dum applicationis.

Expenditur in
titulus. 5. 9. 10. 11.

Pro quo considerare oportet intentum articuli: in eo
enim intendit D. Thomas ostendere Deum esse causam omnis ac
tionis vel effectus causa secunda quasi in triplici genere: primo in
genere causa finalis: 2^o in genere causa efficientis scilicet in
quantum dat formam quae est principium actionis prout docuerat
iam articulo precedenti: tertio quasi in genere causa formalis,
in quantum intimé assistens eam tenet in esse & propter hos duos
modos (quos iam explicauimus) dicitur Deus operari in causa secu
da (id est operari ipsa operatione causa secunda, quae tribuitur Deo quod
sit in eius virtute: illa vero alia applicatio aduersariorum, nihil
pertinet ad haec omnia, quibus intentum articuli perficitur. Por
ro exemplo artificis solum utitur, quasi argumento a fortiori ad
probandum obiter, quod Deus est vera causa effectuum causarum
secundarum, quatenus eis dat, & conseruat virtutem agendi.
sic enim ait. 3^o considerandum est quod Deus mouet, non solum
res ad operandum (prout iam dixerat) quasi applicando formas &
virtutes rerum ad operationem; sicut etiam artifex applicat secu
rim ad scindendum, qui tamen interdum formam non tribuit;

F

sed

sed etiam dat formam creaturis agentibus & ea tenet in esse; quasi dicat Deus vere mouet res ad operandum & vere est causa effectuum omnium causarum, nam si artifex, etiam si non tribuat formam instrumento, sola adhuc ratione cuiusdam accidentalis applicationis vere dicitur causa: quanto magis Deus qui & dat ipsam virtutem agendi, & tenet eam in esse; unde concludens intentum huius rationis, statim subiungit: Unde non solum est causa actionum in quantum dat formam quae est principium actioni; sed etiam sicut conseruans effectus, ubi nihil prorsus concludit, vel meminit pertinens ad illam super addit a in aduersariorum applicationem. P

Sed, vrget. verbum illud non solum non excludit motionem artificis sed potius supponit eam, addit tamen, non solum illam sufficere, nam dictio solum non est dictio exclusiua, sed potius potius quod includit. Respondetur. Verum est. Ly solum ibi aliquid includere, non tamen includit motionem artificis secundum propriam rationem, cum de ea, ut sic nihil potest concludat; sed includit rationem motionis in communi, quae abstrahit a perfecta & imperfecta, & quae etiam saluatur in artifice ratione cuius vere dicitur causa eius effectus, quem facit Serra: itaq; sensus germanus est: Deus mouet non solum ratione generalis motionis, quae vere sufficeret, ut Deus esset vera causa, sicut & artifex est vera causa ex hoc quod utcumq; mouet etiam motione quadam imperfectissima, nempe accidentali applicatione, sed mouet perfecte effectus. Et hic mihi videtur germanus & simplicissimus sensus: quamuis alij etiam velint, ibi significasse D Thomam tertium modum applicationis, vel motionis ratione actualis influxus in effectum causa secunda. Tertius locus quem in sua sententiam interpretantur aduersarij est 3^o contra gentes cap. 8.

Exponitur cap.
70. lib. 3. 3^o
gent.

70 ibi in quantum superius agens dat virtutem ipsam in
 feriori agenti, per quam agit, aut conservat eam, aut etiam ap-
 plicat eam ad agendum, sicut artifex applicat instrumentū
 et, ubi præter primum & secundum modum supra explicatum,
 addit tertium modum applicationis similem applicationi arti-
 ficis qui aliquam actualem motionem imprimit instrume-
 to.

Excluduntur =
 quædam interpre-
 tationes

Aliqui ex nostris in hac applicatione intelligunt terti-
 am applicationem supra expositam per actualem concursum
 univalem: alij intelligunt applicationem quandam per de-
 terminationem virtutis, siue naturalem (ut in causis natura-
 libus 4^o loco explicuimus) siue moralem & liberam, qualem 5^o
 & 6^o loco exposuimus, & quidem quælibet harum interpretatio-
 num sufficiens est.

9

Legitima appli-
 catio

At, verum ut fatear, longe alia mihi videtur mens S. Tho-
 ma, ea qz apertissima. Pro qua notandum, in illo cap. intendere
 D. Thomam omnem effectum naturalis agentis esse a Deo, neqz esse
 inconueniens, quod idem effectus producat a duobus agentibus
 subordinatis in quantum virtus agentis inferioris dependet a vir-
 tute superiori; & ad id ostendendum facit argumentum qd
 sic formari potest. quando virtus inferioris pendet a superiori,
 actio inferioris tribuitur etiam superiori; sed virtus omnis agen-
 tis pendet à Deo perfectissimo modo, scilicet quatenus à Deo reci-
 pitur, & conservatur: ergo actio cuiuslibet agentis tribuitur Deo;
 maiorem propositionem probat in inductione quadam, discurrendo p
 omnes modos dependentiæ, scilicet siue ea dependentia a superi-
 ori agente sit in hoc quod ab eo recipiat virtutem agendi, qualē
 gravia & leuia recipiunt a generante, siue in hoc quod ab eo
 etiam conserventur, prout omnia conservantur a Deo, siue
 tantū

10

tantum in eo, quod licet non acceperint ab eo superiori virtute
agendi, applicatur tamen ab illo ad agendum, ut contingit in in-
strumento: ex qua inductione non intendit S. Thomas om-
nia agentia pendere à Deo omnibus his modis; sed tantum
intendit probare & concludere illam majorem propositionem
scilicet, quotiescunque virtus agentis inferioris pendet ab aliquo
superiori, alio seu effectus agentis inferioris, tribuitur etiam
illi superiori tamquam verus eius effectus. Porro post^{cum} S. Thomas
concludit intentum, ostendens dependentiam omnium effectuum
a Deo, non meminit illius applicationis, quam aduer-
sarij confingunt.

11 Est Kalus locus quem citant aduersarij pro sua
sententia 12^a q. 109. art. 1. ubi asserit, quod sicut omnes
motus corporales, reducuntur in motum celestis corporis, sicut in
primum mouens corporale: ita omnes motus tam corporales quam
spirituales reducuntur in primum mouens simpliciter, quod est
Deus. Neque hic satis est dicere, quod reducuntur in Deum qua-
tenus eius dono & conseruatione omnes causae inferiores habent
virtutem agendi; nam ^{ut} ~~quod~~ ^{significet, se} aperte loquitur de aliqua alia sup-
addita motione actuali, ait quod quantumcunque natura aliqua
ponatur perfecta (non autem poneretur perfecta nisi simul cum
sua actiua virtute ponatur) non potest in suum actum procedere
nisi moueatur a Deo. Unde statim distinguit haec duo moueri à
Deo, & habere a Deo formalem perfectionem, ibi. Non solum au-
tem a Deo est omnis motio, sicut a primo mouente, sed etiam ab
ipso est omnis formalis perfectio, sicut a primo actu. & statim
concludit sic. actio intellectus & cuiuscunque entis creati, dependet
a Deo, in quantum ad Duo, vno modo in quantum ab ipso habet
perfectiorem, siue formam, per quam agit, alio mo-

Explicatur art.
1. q. 109. 1. 2^a.

do in quantum ab ipso mouetur ad agendum.

Respondetur S. Thomam ibi non loqui de concursu generali quem 3^o loco explicuimus; & ratione illius recte dicitur omnis moti pendere a Deo, ut a primo mouente, ut latius infra suo loco dicemus: Dicitur autem causa secunda moueri a prima, ratione illius, non quod recipiat in se prius aliquam motionem, sed quod in ratione causa mouetur, hoc est fit actu causa, & actum mouens, per hoc quod prima causa illi cooperetur.

Alij etiam obijciunt, quod saltem specialiter ad actus super naturales exigit specialem applicationem, & concursum ut 12^a q. 9. art. 6. ad 3. ibi specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid speciale volendum quod est bonum, ut in his, quos mouet per gratiam; & saepe q. 109. Sed Respondetur. ibi plerumq; loquitur vel generaliter, de motione morali, siue per habitum infusum, siue per sanctas cogitationes, & bonorum affectuum inspirationes, iuxta quintum, & septimum motionis genus; quo modo videtur loqui in questione. 6. vel certe specialiter, per sanctas cogitationes, & inspirationes, necnon per quandam specialem protectionem, & manutentionem, qua ex singulari providentia reprimit passiones, diuertit tentationes, & applicat convenientes occasiones, & incitamenta bonorum, & his modis passim loquitur in q. 109 & in art. 6. eiusdem questionis, loquens de dono presupposito ad actum, quo homo se disponit ad gratiam, hoc est de gratia praeuenienti explicare videtur se loqui de S^{tis} inspirationibus, ibi. Sed oportet presupponi aliquod auxilium interius Dei, animam mouentis (quod auxilium explicans subiungit) siue inspirantis bonum propositum ^{inspirantis} propositum scilicet sancta cogitationem[†]. Et haec de S. Tho.^o quantum ad hanc conclusionem

12

necnon

† est in deliberatum affectum.

Quae sit applica.
ad actus supernatu-
rales quam exprit
S. Tho. 1

12^a q. 9. art. 6.
ad 3. & q. 109.

sionem, de qua aliter sentire non potuit, nisi manifeste contra dixisset ijs testimonijs quae ex eodem afferemus in sequentibus & conclusione 2^a.

Præter patres supra citatos sunt proculdubio hanc nostram primam conclusionem, hi omnes quos infra pro secunda conclusione referemus, qui ~~aut~~ ^{vel} eam docuerunt ~~vel~~ = docuissent certe si rogati fuissent, ut consequenter loquuntur fuisse credamus.

I A D E M P.^a CONCLV

sio sectionis quartæ breviter comprobatur ratione

Sectio undecima

Proposita conclusio, sicut a gravissimis auctoribus docetur, ita & evidenti ratione (infallor, vel potius in multis falluntur) breviter comprobatur P.^o sic, reliquæ causæ secundæ ad operandum non indigent hac speciali præmotione, ergo neq; oportet ut voluntas tali præmotione præmoneatur a Deo: consequentiam facile concederent adversarij qui putant, hanc præmotionem requiri ratione dependentiæ, qua voluntas, in quantum causa secunda dependet a Deo, ut a causa prima, quæ certe generalis est omnibus causis secundis. Sed adhuc ulterius probatur, quia non minus proportionata est, ^{et} perfecta voluntas, in ordine ad suos actus, siue consideretur in natura sua nuda in ordine ad actus ordinis naturalis, siue ut elevata per habitum gratiæ, in ordine ad actus supernaturales, quam reliquæ potentia & causa secunda, in ordine ad primas operationes. Si ergo reliquæ p[er] proprias virtutes, sufficientes sunt ad operandum,

sine

prima ratio, q[ui]a
in causis n[on] n[on]
p[er]m[ittit]ur p[re]m[ot]io. q[ui]a
n[on] e[st] in
lib[er]is

Sectio undecima

sine aliqua motione illis impressa, cur non & voluntas et?

At antecedens manifestum videtur tum quia, illa praemotio recepta in causis naturalibus neque est necessaria, ut illis praebeat virtutem agendi, cum eam habeant de se; neque ut eam virtutem determinet, & applicet; cum etiam ipsa virtus causa naturalis, sit ex propria ratione, determinata, atque adeo, ex se sufficienter applicata, (si adsit materia circa quam): prorsus igitur videtur superflua: tum quia sicut id quod talis motio ponit in ipsa causa secunda per se dat complementum virtuti caloris, v. g. ad calefaciendum, sine superaddita alia motione (ne opus sit in infinitum procedere) Haec potuit calor illud complementum dare, si ne tam multiplici entitatum coacervatione; nam & illud certe, quod applicatio ponit in causa secunda, quid creatum est, neque perfectius ipso calore, & consequenter non excedit rationem secundae causae, magis quam idem calor: tum denique quia haec praemotio posita, quam consequenter dicunt recipi in ipsa causa secunda, etiam si operans sit in aeterea materia, vel negandus est alius concursus Dei, quo immediatione (quam vocant suppositi) attingat effectum existentem in alia aeterea materia, & subiecto, quod esset viam praeccludere ad investigandam dependentiam in conservatione effectuum naturalium, a Deo; aduersari quoque Theologia Apostolica qua Paulus syllogizat sic, non longe est ab uno quoque nostrum: in ipso enim vivimus, movemur, & sumus. Vel saltem ponendus est duplex concursus generalis causa primae, alter receptus in causa secunda, alter receptus in effectu ipsius, quod nullus Philosophorum docuit; sed neque Gregorius Ariminensis ubi supra, id admittit. At quia longior probatio huius antecedentis ad Philosophos spectat, nunc ab illa supersedebo. Videri poterit cursus Cornybricensis libro 2.° Phy

in casu nullo,
si ponatur
deus.

Paulus

sicor. cap. 7. q. 13. cuius non levis autoritas est, cum editus sit nomine, & approbatione totius Collegij Conimbricen. & ex lucubrationibus congestus doctorum omnium, qui ibi philosophantur, per multos annos professi sunt, quorum fama & estimatio, apud Lusitanos omnes celebris est. Videatur etiam Latius Molina in concordia disputa. 26 & sequent. ad artic. 13 q. 14. —

4 Præterea eadem conclusio probatur, secunda ratione quia reuera præmotio est ante determinationem voluntatis, vel eam subsequitur: hoc secundum, non habet fundamentum, probabile, intelligi enim nequit modus aliquis, quo voluntas, se determinet nisi per ipsam met productionem actus: cum ergo illa præmotio sit prior (ex horum sententia) ipsa productione actus, imo & sit causa illius, nullo modo subsequi potest voluntatis determinationem. Adde quod tunc non haberet rationem gratiæ præuenientis, nam gratiam præuenientem dicimus, quæ præuenit voluntatis determinationem. Si autem dicatur primum, (quod & aduersarij dicunt) & ponatur (ut & ipsi ponunt) illa præmotio antecedens causa, non solum actus, sed & determinationis voluntatis, imo & causa efficax illius (quia mouere, & moueri, inquit, sunt correlatiua, quæ necessario inuicem consequuntur) certe perijt libertas, & multa inde procedunt absurdissima, quæ in sequentibus, probantur secundam conclusionem, demonstrabimus.

9 3^o si talis præmotio necessaria est in voluntate ad actum bonum, propter dependentiam, quam habet a Deo, sicut a causa prima, certe consequens est ut etiam indigeat tali præmotio, & semper præmoueatur a Deo ad actum peccati, qui eo ipso quo ens est, dependet a causa prima: at consequens est

Secunda ratio, quæ præmotio aduersarij non potest procedere neque subsequi determinationi voluntatis.

Tertia ratio, quæ actus est ponendus set præmotio ad actum.

85
Sectio undecima

Cud quam periculosum sit, alienumq; a pietate Christi-
ana, alia speciali quaestione demonstrabitur. §. sectio. vlt.

Neg; potest vlla prorsus assignari differentia, si per-
sistant aduersarij vt pleriq; persistunt in assignanda ratione
huius praemotiois ex subordinatione causarum, & dependen-
tia cause secundae a causa prima.

Discedet tamen forte aduersariorum aliquis a suo
fundamento, & differentiam conabitur assignare, inter
actum bonum, & malum; nempe ad malum ex corruptione
naturae, voluntatem esse satis propensam, neg; indigere pra-
matione aliqua: bono autem valde repugnare, ac proinde
opus esse, ut applicetur, & quasi trahatur ad bonum, per gradic-
tam applicationem, & praemotionem; & praesertim ad bonum
supernaturale; cui non solum repugnans, sed & omnino impro-
portionata est, nisi per illam praemotionem, quasi eleuetur
a Deo.

At haec differentia quo ad propositum praesens spec-
tat, nulla est. Etenim voluntas hominis, licet infirma sit
propter corruptionem naturae, ad ^{actus bonos} ordinis naturalis, non est
tamen simpliciter impotens. Porro infirmitas alijs auspi-
ciorum generibus adiuuatur, suasionibus scilicet, sanctis
inspiracionibus, impedimentorum remotione, alijs q; (id
genus) adiumentis; sine quibus adhuc vnum, vel alium, ac-
tum bonum, non valde difficilem, propria virtute, elicere
posse, etiam dum est, in peccato mortali, vno ore, Theologi
omnes, hodie fatentur; non ergo ex hac parte sufficiens diffe-
rentia ratio, poterit assignari, praesertim cum multa peccata
difficiliora sint, quam non nulli actus boni: Etenim pro con-
fessio.

Si actus bonus in-
diget praemotione
etiam actus malus
ex

G

sectio undeci^a

festione heresis alicuius subire mortem, quis negabit =
difficilius esse, quam temperate comedere. Adde, quod, estis im-
possibilitas esset, neq; dum difficultas, sufficeret quidem concur-
sus concomitans, vel major, vel alterius ordinis, neque esset
simpliciter necessarius concursus physicus praeuocens, vel phy-
sica aliqua applicatio, pro ut ex dictis & dicendis, certum reli-
quetur, sufficere ad primum contritionis actum.

7

Omittito quod assignare nunq; possunt aduersarij, =
quid sit illa praemotio ad contritionem, v. g.: neq; enim est
actus ipse contritionis, cum ponatur esse antecedens, etiam ip-
sum concursum voluntatis, quo actus contritionis fit, & prius
natura recipi in voluntate, quam ipsa voluntas concurrat
immo illa applicatio dicitur esse causa ipsius concursus volun-
tatis. Neq; dicere possunt esse actionem aliquam, seu motionem
distinctam ab actu; non enim assignabunt aliquem terminum
per illam immediate productum, sicut in motione artificis, qua
mouet penicillum, assignamus pro termino illius applicationis
diuersum situm, vel (ut aiunt) vrbicationem penicilli. Et enim
actus ipse contritionis non potest, esse terminus immediatus illi-
us, cum prior & immediatior effectus illius motionis sit applica-
tio voluntatis quam ipsi actus contritionis. At alium termi-
num assignare nequaquam possunt, cum in voluntate non ag-
noscamus aliquid aliud, praeter actus, & habitus. Porro actionem
aliquam sine termino, ignorat omnis bona Philosophia, cum no-
sit aliquod fieri, nisi alicuius effectus qui fiat. Quorum om-
nium difficultas licet eadem reuera sit, euidentius tamen cerui-
tur in causis secundis, quae agunt in epteram materiam, cum
ibi motio illa, vel applicatio, cuius terminum inquiremus, sit in

4. ra. q. nequit
intelligi quid sit illa
applicatio.

quam aduersarij confingunt

ponenda

ipsa

ipsa causa, effectus tamen sit in externa materia, qui proinde (ut liquido constat) non poterit esse terminus immediatus illius actionis; cum notissimum sit terminum immediatum, alicuius actionis ab ipsa actione distingui non posse realiter, neque dum subiecto separari. Sed de his satis ~~impugnatis~~ dictum sit. ~

SECUNDAM, ET PRINCIPALEM.

concl^o sectionis quarta ex priori, qua hucusque probata est, manifeste deduci ostenditur

sectio Duodecima.

Primam conclusionem nostrae sententiae, in sectione quarta, propositam latius usque nunc probavimus, quia ea probata evidens relinquitur secunda conclusio. Etenim licet alicui forte videatur posita inter gratias praeveniens illa praemotio, quam huc usque tam manifeste impugnavimus, non continuo sequi contra secundam conclusionem, hominem non posse illi resistere: Tamen si e contra semel illam praemotioem excludamus, ut eam revera excludunt testimonia & rationes in superioribus propositae; & si tantum ad gratiam praeveniensem, iuxta Patrum doctrinam, pertinere credamus, vocationem, qua in sancta cogitatione, & indeliberato affectu perficitur, continuo sequitur nostra conclusio secunda, scilicet, Omnis gratia, vel auxilium praeveniens, etiam dum iam cor hominis tetigit, posse hominem resistere. Nam certe in huius vocationibus non alia maior vis potest inesse ad determinandam voluntatem quam vis excitantis & persuadentis, proponentisque ex parte obiecti rationem boni, & ex parte ipsius voluntatis eam inclinantis quadam quasi ipsius boni experientia, vel etiam inclinatione

Secchio. duodecima

ne & facilitate; quae tamen omnia voluntatem non adeo determinant, quin, si intellectum applicet ad deliberandum circa obiectum propositum, & rationem aliquam odibilem in eo inuenire, & consequenter ratione illius, totum obiectum respuere possit. Nam certè omnis haec voluntatis ^{tratio} tractatio, ad obiectum inspiratum reducitur, ut secundum se bonum, & ut conueniens voluntati, ratione inclinationis, qua ex inspiratione inclinatur: at ex parte obiecti, ut *Diuus Thomas Docet 1. 2. q. 12. art. 3* Cui omnes consentiunt, in via nunquam potest necessitari voluntas, neque ita determinari, ut illud non possit respuere: Relinquitur ergo vocationem non ita determinare voluntatem, quin voluntas possit illi resistere. Atque adeo sufficienter ex prima conclusione maneret etiam probata secunda conclusio, nisi propter rei gravitatem, ad fortiores ad huc probationes esset procedendum.

tratio

iz. q. 10. ar.

2

Porro Calvinus (ut rectè adnotauit Bellarminus lib. 1.º de gratia & liber. arbitrio cap. 12. vers.º ex qua) satis intellexit ex eo modo preparationis, quem posuit Augustinus, scilicet per vocationem non necessitari, aut efficaciter praedeterminari voluntatem, unde & ipse Calvinus lib. 2. institutionum c. 3. § 7. impudenter reprehendit Augustinum de hac re dicens, Sed erunt qui concedent, voluntatem à bono, suo pte ingenio auersam, sola domini virtute, conuerti, sic tamen ut preparata, suas deinde partes habeat; quemadmodum docet Augustinus, omne bonum opus gratiam praedecurrere, & id committante, non ducente, pedit sequa, non praevia voluntate. quem & infra subiungit Calvinus. Sed quia reformata opus est domini, hoc perperam homini tribuitur, quod

Calvinus cogno

gra

gratia praueienti pedisequa voluntate obsequatur. Of-
fendit Augustinus Calvinum; quod eam posuerit preparatione
scilicet, per solam vocationem, ex qua voluntas sui iuris relin-
quatur, vt si gratia obsequi velit, pedisequa obsequatur, (ho C
est) quam pedibus suis motione propria, non quasi raptam, & re-
sistere non valens. Eam autem sententiam quam reprehendit
Calvinus, docuit Augustinus epis. 106. ad Bonifacium

PROBATUR 2^a

conclusio sectionis, ex testimo-
nijs Sacrae scripturae.

Sectio decima tertia

Non dubito, quin secunda conclusio probetur om-
nibus testimonijs, quibus probari solet, nostri arbitrij libertas
de quibus Irenaeus contra Gentes. cap. 71. & 72. Origenes
3. Periarm. capi. 1. Augustinus de gratia & libero arbit. c.
2. & in minoribus Ruardus art. 7. Castro, verbo libertas
Bellarminus tom. 3 li. 3. de gra. & li. ar. c. 5. & noster Molina mem.
2. disputa. 23. in art. 13. q. 14, & aliqui plerique qui con-
tra nostri temporis hereticos scripserunt.

Verum quia haec frequentissima sunt, eaq; facile ad-
mittunt aduersarij, contendentes se non negare liberum arbi-
trium: (aiunt enim ~~atq;~~ liberum arbitrium velle posse oppositum
eius boni, ad quod mouetur a Deo, in quo libertatem saluari
volunt) ideo vnum tantum aut alterum locum afferamus,
qui

Irenaeus
Origenes
Aug.
Ruardus
Castro
Bellarminus
Molina

saluari ex hoc q

† vt aiunt in sensu
diuiso.

qui explicet etiam arbitrij libertatem, non absolute solum - sed ex suppositione quod praeiudicatur a Deo, eius gratia posse resistere - Ex his ergo, primus sit Ecclesiast. 15. 7. ubi non dixeris, per Deum abest; quia enim odit, ne feceris: Non dicat ille me implanavit: non enim necessary sunt ei, homines impij etc. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Adiecit mandata, & praecepta sua si volueris - mandata servare, conservabunt te, & in perpetuum, fidei placitam facere. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa sapientia Dei, & fortis impotentia, videns omnes sine intermissione, Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis etc.

Ecclesiastic. 15

Ab. n. g. m. m.

3

Hoc in loco ut bene notavit Bellarminus tom. 3. libro 2. de ammissione gratiae, cap. 8. vers. 4. Quarto scriptura docet Deum & Spiritus Sanctus occurrisse videtur duobus = erroribus nostri temporis, quos inter alios docet Petrus, insignis hereticus, falso Martin, nuncupatus, in commentar. super cap. ad Romanos; qui duobus modis docet hominem, necessariari vel determinari ad peccatum a Deo: primum modo, quia ita deseritur a Deo, ut nullo modo possit tentationi resistere in quem errorem, utrum declinet doctrina Magistri Banés- i. p. q. 14. ar. 13. p. 4. col. 518. lit. D. non est meum iudicare, verba autem eius sic habent. 2^o dico quod voluntas creata in fallibilitate deficiet circa quamcumque materiam virtutis, nisi efficaciter determinetur a divina voluntate ad bene operandum. Quo circa ex eo quod Deus cognoscit suam voluntatem non determinasse voluntatem creatam ad bene operandum

Duplex error Petri Martini circa duplicem necessitatem voluntatis ad malum.

de hoc infra sect. n.

in materia, verbi gratia temperantia, cognoscit evidenter quod voluntas creata peccabit, & deficiet in materia illius virtutis. Secundo modo (inquit Petrus Martyr) necessitat Deus voluntatem ad peccandum, praebens illi peccandi incitamenta intus in animo: (Etenim, cum incitamenta non sint ad peccatum pro formali, quod ut sic, nullam habet rationem soni sed ad peccatum pro materiali, & ut est appetitus boni sensibilis. Videant hi quibus iudicium huius rei incumbit. Vtrum & huic errori subscribant; qui afferunt Deum, sine respectu aliquo ad determinationem antecedentem, vel concomitantem voluntatis praedeterminare voluntatem, ad totam entitatem & bonitatem siue naturalem siue sensibilem actus mali).

de hoc infra Secti-
num

Homini manet po-
testas bene, & male
operandi

Igitur ut Spiritus veritatis, hos errores confunderet 6
(qui iam suborti fuerant, tempore Iesu, filij Syrach, qui eccle-
siasticum scripsit) &c. ostenderet etiam omni antecedenti sup-
positione facta, homini stare suam potestatem, ad bene vel
male operandum: Contra primum sic ait. Non dicas per
Deum abest, id est non reffundas omissionem tuam, &
legi transgressionem in absentiam Dei, quasi tibi ab fue-
rit in necessarijs: certe enim adfuit tibi in omnibus auxilijs,
quibus opus fuerat, ut si velles quod rectum est, facere posses.
Unde habetur primo, non deesse Deum in necessarijs antece-
dentibus (scilicet) determinationem voluntatis: (als non tolli-
tur excusationis preceptus) 2^o etiam habetur positus his nec-
sarijs contingere, et homo resistat.

Deus neminem in-
planavit

Contra 2^m autem errorem adiecit. non dicas ille
me implanavit, id est in peccatum vel errorem traxit: tra-
heret autem ad peccatum vel errorem, si traheret ad substā-
tiam 7

tiam actus peccati, vel erroris, a qua semel ⁱⁿ posita, hominis voluntate libera, impossibile est per omnem potentiam, nec dum ^{per} humanam, separari rationem peccati.

8 Vtriusq; dicti rationem subdit, P.^o ratione finis: scilicet excludendo finem, qui credi posset, mouisse Deum ad deserendum, vel implanandum hominem: non enim ei necessarij sunt, homines impij. Quae ratio apertissime militat contra aduersarios asserentes, Deum sua voluntate antecedenti, decreuisse, aliquos addicere aeternis cruciatibus ad ostensionem, gloriae, & iustitiae suae, ideoq; permisisse, imo & actum peccati, quoad entitatem praedeterminasse ut haberet quos puniret. 2.^o rationem vtriusq; redit, ex facto ipso, ostendens quod homini dederit liberum arbitrium cum omnibus requisitis ut ipse met beneficio Dei possit operari bonum, vel sua culpa declinare in malum, vnde dicit; ab initio constituit hominem, & reliquit illum, in manu consilij sui.

9 At quo modo reliquit illum? adiecit mandata, & praecpta, hoc est, legem naturae, neque hoc solum; sed apposuit tibi aquam & ignem, ut Lyra, exponit, promissionem gloriae, & comminationem gehennae, attrahendo hominem ad se ipsum incitamentis spei, vel timoris, vel quod in idem recidit, apposuit ei gratiam Spiritus Sancti, (ut glosa ordinaria) quo adhuc posito, dicitur ei, ad quod volueris porrigere manum; Ante hominem vita, & mors, bonum & malum. Et quoniam ipse homo se determinat & non eum praedeterminat Deus efficaciter: subdit, postq; ipsi homines elegerint quod sibi placuerit, est Deus videns omnes, sine intermissione oculi domini super timentes eum, & ipse agnoscit opera

hominis est, & Quod autem non loquatur solum, de primo homine creato, in iustitia originali, sed etiam de hominibus natura lapsa, ostendit optimè Molina ubi supra.

Prouerb. 1.^o

Sunt & alia testimonia passim in sacra scriptura quibus Deus, hominum, iniustas querellas à se depellat, eo quod illis omnino requisita prouiderit, quibus ipsi se à peccatis abstinere, & ad bonum se determinare possint; ut illud

10

Prouerb. 1.^oMathei. 23.^oMathei. 11.^o

Luca 10.

Prouerb. 1.^o vocari & renuisti; & Mathei 23. quoties volui congregare filios tuos etc. & noluisti: & illud Mathei 11. & Luca 10. quia si in Tyro & Sidone, factae fuissent virtutes, quibus certè omnibus, nulla continetur, iusta accusatio nisi intelligeretur, imprimis, in his vocationibus, signis, & conuocationibus Dei, includi quidquid ex parte illius, opus erat hominibus, ut possent se conuertere & deinde his suppositis restitisse. Unde Hieronymus, in cap. 49. explicans has Christi Domini querellas, in persona ipsius inquit. quia noluerunt per me, in te credere, iudicium meum apud te est, quod omnia fecerim, quae eis facere debui. Sunt & multa alia, scripturae testimonia, quae attingunt rationes conclusionis, quas infra adducemus. Pro nunc dicta sufficiant.

Hieronymus

PROBATVR. EA

dem conclusio, definitio

vibeats Sacri Conci

lij Tridentini



H

Sectio 14

Sectio decimaquarta

1

Ommissis alijs generalibus definitionibus, Conciliorum & Pontificum, quae hominem etiam supposita, gratia praeuenienti, liberum constituunt, atq; adeo reuera potentem ut possit gratia praeuenienti resistere. De quibus Molina disputa. 2. 3. ad c. 1. 3. q. 4. Ad Sanctum Concilium Tridentinum accedamus, cui illud fuit potissimum studium, non solum ut libertatem arbitrij definiret, sed ut id, in quo liberum arbitrium consistit, explicaret ut sic libertatem cum gratia recte consentire doceret; viamq; catholicam inter extremas sectas Pelagij & Lutheri aperiret. 4. V. igitur sunt huius sancti Concilij potissima testimonia, quibus nostram conclusionem definire credimus.

2

Primus est sess. 6. cap. 5. ibi. Declarat praeterea ipsius iustificationis exordium, in adultis, a Deo per Christum Iesum, praeueniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua nulli eorum existentibus meritis vocatur; ut qui per peccata a Deo aversi erant, per eius operantem, atq; adiurantem gratiam ad convertendum se, ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiae libere assentiendo, & cooperando disponantur: ita ut tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, neq; homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abijcere potest, neq; tamen sine gratia Dei mouere se atque salutem coram illo sua libera voluntate possit.

1. definitio ex sessione. 6. c. 5.

3

In hoc textu, postq; in prima parte docuit necessitatem, explicatur libertatem

33
Sectio 14^a

Concilij

tem gratia praeuenientis, ut peccator convertatur, ibi a principio capitis, usque ad illud, vocantur. Postquam etiam 2^o docuit voluntatem eidem vocationi liberè consentire ibi ut qui proposita usque ad verbum disponantur. 3^o statim explicans modum libertatis, & concordiam inter gratiam & liberum arbitrium subiungit. ita ut tangente Deo cor hominis neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam habiscere potest, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustificationem coram illo libera sua voluntate possit. in quibus sic gratiam cum libertate conciliat, ut vis gratiae in eo sita sit, quod sine illa homo non possit se ad iustitiam mouere; vis autem arbitrij in eo, ut & ipsum esse non nihil agat, sed agat potius; neque solum ita agat, ut inanimè quoddam, imò neque solum actione spontanea, & ex pleno rationis usu (nam hanc agendi rationem Lutherus & Caluinus, contra quos definiuit Tridentinum, admittunt, ut infra aperte demonstrabimus) sed ut agat liberè, liberè (inquit) assentiendo & cooperando: libertatem autem in eo consistere statuit ut homo ipse aliquid agat hoc est, ex se, eo scilicet concursu, quem possit suspendere pro sua libertate. Unde rationem libertatis in eo ponit quod operetur homo ex potestate quadam indifferenti, & ad recipiendam inspirationem, id est ad consentiendum illi, & ad resistendum ei; quae dixerim ut appareat, eam partem quae loquitur de potentia abiiciendi gratiam, non esse aliquid obiter dictum, extra principale intentum Concilij, neque etià loco probationis assumptum ad probandam principalem sententiam (nam assumpta in probationibus non solent indubitate

2
qua Concilium docet de potestate sistendi pertinere ad intentum principale sui cap.

tatam omnino facere fidem) sed reuera esse conclusio-
nem principaliter intentam in hoc cap.

4 Nec dicat quis praedictum caput non esse definitionem
Concilij, neqz facere certam fidem, eo quod non sit in forma
canonis: obstat enim, huic obiectioni, quod in fine capituli ul-
timi Concilium affirmat, eum qui doctrinam in praecedenti-
bus capitulis datam, fideliter ac firmiter non recuperit, iusti-
ficari non posse; quae verba certe vim habent definitionis; & ca-
none ultimo generaliter definitur, sub Anathemate, doctrinam
expressam in decreto de Iustificatione, esse veritatem fidei.
Adde quod doctrina praecedentis cap. rursus Can. 4. definitur;
& sit 2^m. testimonium ex supra positis; qui quidem Ca-
non sic habet. Siquis dixerit liberum hominis arbitrium
a Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo
excitanti, atqz vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gra-
tiam, se disponat, ac preparat; neqz posse dissentire, si velit; sed
veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, inere qz passi-
ue se habere, anathema sit. Ecce in hoc canone rationem
libertati explicat concilium in hoc consistere, quod cooperetur
gratia ita consentiendo ut possit dissentire -

9 Ecce clarissimas Tridentini definitiones, quae ita
omnes tergiversandi vias occiderunt, ut mirum sit, si aliqui
catholici viri sibi persuaserint, se aliquas vimulas inuenisse,
quas ut constat a Concilio obstructas esse, non nulla obseruan-
da sunt. Primum, Concilium ibi loqui de auxilio, quo homo
de facto conuertitur, ut constat ex omnibus fere verbis tam Ca-
pituli, qz canonis, supra citatis, adeo ut contradicat non solum
intento, & proposito Concilij, sed & expresse littere, si quis inter-
pretatur Concilium loqui, de sola vocatione inefficaci, cum
qua

supradictum cap.
5^m Coni. habet vim
definit^{is}.

Definitio ex
ex. can. 4. ss. 6.

i. Obserua circa p^{re}
dicta defin^{it} Coni-
lium loq^u de auxilio
q^u homo de facto con-
uertitur -

Sectio 14^a

qua non stat, non conuerti,

2^a Observatio sit
concilium loqui
de omni Vocatio

Secundum sententiam Concilij, cum indefinita sit
iuxta regulam generalem, in materia doctrinali, vniuersalem
esse, atq; adeo procedere vniuersaliter de omni vocatione, ideoq;
excipi non posse vocationes aliquas fortiores quibus Deus vocat
vel generaliter omnes, qui conuertuntur vel aliquos in speciali.
Item ut in omnibus, vniuersaliter procedit prior pars decreti,
qua docet iustificationis eordum esse sumendum, a Dei per
Christum gratia; ita & altera, qua docet sic hominem libere co
operari, ut possit dissentire, etiam vniuersalis est.

noie Vocatio is mict
Ligit sonu. de auxi
lium praeueniens.

Porro nomine vocationis intelligi omne auxilium pre
ueniens determinationem voluntatis est certissimum: tum quia
re vera omne auxilium internum, praeueniens primam conuer
sionem in vocatione includitur: tum etiam quia ipsum Conci
lium aperte se explicat; nam in cap. 5.^o generaliter loquitur
de praeueniente gratia quam tamen explicat esse vocationem
ibi, a Dei, praeueniente gratia, hoc est ab eius vocatione; & can.
4. loquitur certe de eodem auxilio, de quo prius in can. 3. nam
can. 3. docuerat necessarium esse auxilium Dei ad credendum
etq; & statim can. 4. docet cooperationem liberi arbitrij, cum
eodem auxilio; unde loquitur proculdubio de auxilio, de quo lo
quutus fuerat can. 3: At in can. 3. formalibus verbis, loquitur
generaliter de praeueniente inspiratione, & adiutorio, quod pro
culdubio includunt quidquid, ex parte Dei praeuenit determina
tionem voluntati; atq; adeo, includeret etiam illam applicatione
ab aduersarijs confictam, si vera esset. Unde nihil prorsus pro
ficiunt eorum nonnulli, qui illam suam applicationem inten
dunt, non comprehendi, in his diffinitionibus: illa enim appli
catio, (sitamen vera esset) intelligi, nominis adiutorij, & gratiae
praeuenientis, neq; ipsi aduersarij negare poterunt, eorum vel
sic

sic solum illis aliquando obijciebatur, est gratia Dei
 & praeuenit determinationem: ergo est gratia praeueniens
 Neq; id negat M^r. Bañes l. p. 23 ar. 5. d. 1. sent. 3. col. 763. Ad
 de quod si Concilium loqueretur ibi de solo auxilio praeue-
 nienti (quod ipsi vocant sufficiens) & non de efficaci quod ipsi
 dicunt, necessario praerequiri ad operandum, certe falsum
 esset quod posset dissentire tali auxilio sufficiens: vel enim
 tunc haberet, etiam efficacem, & iam non posset dissentire, ut ip-
 si asserunt: vel non haberet efficacem, & neq; tunc dissentiret,
 neq; posset dissentire; quia cum dissentire, & assentire, sint oppo-
 sita, & privative, supponunt eandem communem potentiam, &
 neq; vere quis dissentire dicitur, quod careat consensu, dum
 non potest consentire, & idem est de verbo abijcere.

8 His iam certo suppositis, quibus aliqua illusoria in-
 terpretationes facile excluduntur. M^r. Bañes ubi supra dupli-
 citer Concilium interpretatur. Primo quod Concilium loqui-
 tur de Divino auxilio quod praecedit iustificationem, & loquitur
 de auxilio abstractendo ab efficaci vel inefficaci, quod in eo qui
 consenserit, erit efficax: in illo vero qui dissenserit, inefficax. Itaq;
 ex consensu vel dissensu liberi arbitrij a posteriori cognoscitur
 efficacia, vel inefficacia auxilij. Porro sensus solutionis huius vi-
 detur esse, ut voluntas dicatur, posse consentire, vel dissentire auxi-
 lio praeuenienti in generali, prout & ipsum in re positum fuerit
 diversum: si enim fuerit efficax, respectu illius, salvabitur in
 voluntate potentia consentiendi illi & semper consentiet: si
 tamen fuerit inefficax, vel tantum sufficiens salvabitur
 respectu illius potentiae dissentendi, & semper dissentiet
 et illi.

9 At certe vir gravis & doctus perititio ludit gravissi-
 mis

interpretatio
 M^r. Bañes. col. 763
 Crad.

excludit' p'p'di
 da inter' p'p'di

Sectio 14^a

mis Concilij verbis: quid enim ad Concilium attinent illae abstractiones? quid illae equivocationes, in tam brevi contextu? maxime cum summo studio Patres Concilij, tensam, & dilucidam, iustificationis explicandae rationem, nobis & tradere optauerint, & re ipsa tradiderint. Adde quod expresse Banés repugnat verbis Concilij, sic enim ait in cap. 5. inpirationem illam recipiens, quippe qui illam & abijcere potest illam ergo, quam de facto recipit, atq; illam quae efficax est, illam (inquit) abijcere potest. Tandem aliàs quod id non deserviret ad explicandam Libertatem quam Concilium intendit explicare, in recipienda illa met gratia, quam de facto recipit: quid enim attinet quod aliam gratiam, abijcere possit longè diuersam ab ista, ut respectu huius, quam non potest reijcere liber sit?

2^a. inter p^ug^uat^uis
M. Banés.

Fortè vidit & ipse Banés, quàm frivola esset haec interpretatio, ideo secundam adiicit, (quam ex asseclis suis pleriq; sequuntur) ea est. Respondetur 2^o. quod si Concilium loquitur de auxilio efficaci, quo homo iustificatur, dicendum est, quod liberum arbitrium simpliciter, & in sensu diuiso, potest dissentire, si velit, non autem in sensu composito.

10

Potentiam autem istam dissentiendi in sensu diuiso, sic explicant, quod voluntas, in se ipsa spectata, potest dissentire, tunc scilicet, quando non praevenerit illo auxilio efficaci; at in sensu composito, negant habere potentiam dissentiendi, è quod si semel illud auxilium, voluntati applicetur non potest voluntas illi resistere.

Et hanc solutionem comprobant aliqui, quia Concilium, eodem modo vult hominem posse resistere gratiae cooperanti: tum quia de illa videtur expresse loqui ibi, eadem gratia

11

q^uoⁿiam loquatur
in sensu diuiso
proba. ab advers.
Sed v. infra. n^o. 16.

gratia

gratia libera assentiendo & cooperando, eidem, (inquit)
 cooperanti; nam cooperans cum cooperante, dicitur coope-
 rans; tum etiam quia etiam cooperantem gratiam, recipit
 libere, atq; adeo, ita ut possit illi dissentire, iuxta explicationem
 Tridentini: At certum est respectu gratiae cooperantis, non
 intelligere Concilium, ita saluari libertatem, ut possit volun-
 tas illi resistere, vel dissentire, in sensu composito: omnes enim
 in fatentur, à gratia cooperanti, ut sic nulla ratione, posse ac-
 tum separari. Ergo potest & debet interpretari Concilium,
 de gratia praeuenienti, ne incidamus, in equiuocationem quā
 fugimus reijcipientes primam solutionem.

12 Ommitto modo, hanc distinctionem sensus compositi,
 & diuisi, ut optima est & necessarissima, ad conciliandam li-
 bertatem cum gratia cooperante, cum determinatione ipsa actus
 existentis, cum intuitiva visione Dei etc. quae important
 necessitatem consequentem, ita & ad praesens propositum, in-
 dignissimam esse, quia a viris doctis profferatur, de quo infra.

2^a interpretatio
 repugnat con-
 probat.

Nunc satis sit ostendere eam omnino repugnare ver-
 bis concilij, quae expresse, & formaliter inducunt sensum co-
 positum. Quod constat, quia Concilium utitur his verbis, abijj-
cere, in cap. 5. & dissentire, in can. 4, quae verba quis
 neget inducere sensum compositum? (hoc est, supponere, quod
 habeat quis, vel ut minimum offeratur ei id, quod abijicit,
 & quod propinatur, id, cui dissentit: neq; enim, abijicio pilam,
 nisi quam manu teneo, neq; abijicio principatum, aut dig-
 nitatem, nisi quam de facto habeam, vel ut minimum, mihi
 oblata sit. Item neq; dissentio ei, qui me non vocat, sed ei qui
 vocat; neq; propositioni quae nunquam mihi proposita est
 sed

infra Sect. 25.
 n. 8.

Conc. loq^r in sen-
 su compst.

Sectio. 14^a.

Sed ei, quæ iam est mihi proposita. Itaq; insubiecta materia, nemo dicitur abijcere gratiam, quæ nunq; data, sed neq; oblata est. Item neq; dicitur. dissentire vocationi Dei, quæ nunquam vocatus est, sed vocationi qua iam, ^{est} vocatus: utenser go Concilium huius verbis, manifeste loquitur in sensu composito & dum dicit quippe qui illam, & abijcere potest loquitur, supposito quod eam receperit, & cum can. 4. ait posse dissentire vocationi, intelligitur etiam postquam vocatus fuit. Adde quod hæc suppositio, satis significatur in illis verbis, can. 4. siquis dixerit lib. hominis arbitrium a Deo motum, & excitatum, nihil cooperari etq; neque posse dissentire. Ubi Concilium aperte videtur indicare se loqui ex suppositione, quod arbitrium motum sit, & excitatum; eandem suppositionem manifeste significat in cap. 5. ita ut tangente Deo, cor hominis etq; neque homo ipse nihil agat quippe qui illam & abijcere potest; nam certe verba illa, ita ut tangente Deo, apposita sunt, ad significandam suppositionem illius talis.

Confirmatur quia si concilium dixisset. ita ut tangente Deo etq; vel liberum arbitrium a Deo motum & excitatum potest resistere. proculdubio faceret sensum compositum, neque admittendus esset sensus diuisus. Ergo etiam nunc utens verbo abijcere, vel dissentire; aut constat, quia aliàs, nõ esset falsa hæc propositio, ut facet, possum resistere Dei voluntati; quia admitteret sensum diuisum, in quo posset verificari sic, possum facere, ut quod Deus vult, non fiat, nempe quia potuit & ipse Deus, non illud velle; ^{at} eam propositionem, ut facet nemo veram esse dixerit, cum Apostolus, eam ut falsam condemnet

Pauls

Voluntati eius quis resistet. Consequentia autem satis patet, quia, esto verbum resistere, aliquam forte maiorem vim

I

& Con

Et connotatum significet, quam verbum dissentire; utrumque
tamen sicut & verbum abijscere, conveniunt in reduplicatio-
ne suppositionis vel sensus compositi: sicut enim nemo dicitur
resistere, nisi dum vocatur, vel trahitur, ita neque dissentire vel
vocationem abijscere. -

14 Sed sunt ex adversarijs qui dicant, Concilium ibi
nihil definire de actu sed de potentia, ita licet concedant
hoc quod est abijscere gratiam actualiter, vel actualiter dissen-
tire vocationi, facere sensum compositum; adhuc tamen sua
distinctionem applicant ad ipsam potentiam quae non includit
sensem compositum, sed potest separari ab auxilio efficaci, licet
enim cum eo auxilium non stet actualiter dissentire, stare ta-
men potest ipsa potentia. -

alia inter pre-
tatis

15 Sed haec solutio aequivocatione plena est. Pro quo sup-
pono implicatorium omnino esse, ut quis actu dissentiat auxilio
de se efficaci vel illud abijsciat, ut facile etiam admittent aduer-
sarij, si iam concedunt in illo actu involvi sensum compositum:
negant enim auxilium de se efficace, stare posse sine actu; si ergo
actus dissentendi auxilio efficaci, includit compositionem illam
cum ipso auxilio, certe actus dissentendi illi, erit implicatorius
& impossibilis. Hoc ergo posito, facile impugnatur solutio, quia
implicat, absolute dissentire actualiter auxilio praevienti de
se efficaci; ergo absolute implicat dari potentiam, ad talem ac-
tum: Et enim ad actum implicatorium, & impossibilem, nulla
est potentia, etiam in Deo, necdum in homine; cum ergo Conci-
lium dicat dari in homine potentiam ad dissentendum om-
ni gratia, vel auxilio praevienti: certe aut asserendum es-
set falsum dixisse concilium, aut potius affirmandum est

precedens inter-
pretatio refellit

auspi

auxilium praeueniens de se efficax, nullum reperiri cui voluntas non possit resistere. —

v. concilium dicit
ut posse scilicet
sive gratia cooperantis

Quod autem Aduersarij pro sua sententia confirmatione afferant de gratia ^{cooperante} praeuenienti, nihil eos iuvat: tum quia ibi aperte Concilium, solum docet, hominem abijcere posse gratiam praeuenientem, quam vocationem dixit, & postea illuminationem, cap. 5. ibi. ut tangente Deo cor hominis, per spiritus Sancti illuminationem; neque homo ipse, nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe illam abijcere potest, illam (scilicet) inspirationem, quam paulo ante illuminatione & prius vocationem dixerat, & in can. 4. loquitur expresse de excitante, vocante, & preparante gratia: b quod autem de gratia adiuuante, & cooperante, mentionem fecerat, tantum fuit ut ostenderet, eandem gratiam excitantem fieri adiuuantem cum voluntas ei cooperetur, illi tamen ut iam cooperanti, non dixit posse hominem resistere. Adde, si id dixisset Concilium, intelligendum esset non de gratia cooperante, ut iam cooperante, quia tunc simul est cum ipsa cooperatione arbitrij, neque potest illam abijcere; sicut neque facere potest, ut proprius actus non sit, supposito quod iam est; potest tamen abijcere gratiam adiuuantem, quatenus in preparatione diuina vel in virtute gratiae praeuenientis presupponitur offerri voluntati: recte enim quis dicitur abijcere dignitatem magistratus, verbi gratia quando, & si illam alibi non habuit, tamen oblata est illi, & satis est potuisse sic eam abijcere, ut eam libere ^{abijcere} habuisse dicatur: non tamen dicitur abijcere auxilium efficax, quod Deus mera sua voluntate statuit non dare illi nullo habito respectu ad voluntatem ipsius hominis, sicut neque diceretur abijcere

16

supra. n. ii.

Sed de gra cooperante ut contra, oblata in virtute grae praeuenientis

cere

cere dignitatem, quæ ut minimum non fuerit ei ablata

17 Alij aliter Concilium interpretantur, nempe quod gratia præuenienti, etiam efficaci, potest quis resistere, quod tantum docet Tridenti^{us} at nunquam resistet. Sed certe hæc interpretatio, (nisi sit hominis, iam simulatis verbis tergauerantis, & ad nostram sententiam confugientis) implicationem inuoluit. Etenim si id quod afferunt nunq̃ hominem resistere auxilio gratiæ, intelligatur solum respectu auxiliij illius, quod Deus dat homini, ut illo de facto conuertatur, ex certitudine præscientiæ, quæ cognoscit omnia etiam futura contingentia, conditionaliter, antè omnem determinationem suæ voluntatis ut supra explicabimus, esto illud auxiliium ex propria ratione, & natura non sit ad Deo efficax, ut voluntas ei non possit resistere: Sic certe verissima est; sed hæc non est ponere auxiliium præueniens sed se efficaciter prædeterminans; si autem vere ponatur auxiliium de se efficaciter prædeterminans, ut ponunt Banès & reliqui sectatores eius, sic ut ipsi fatentur, non solum non abijcient homines, vng̃ illud, sed neq̃ possunt abijcere, id est non possunt resistere ei ex suppositione quod illud habeant; cum doceant esse de natura, imode essentia illius auxiliij habere effectum, adeo ut oppositum contradictionem inuoluat.

alia interpreta^{ti} q̃d
possentia^l resistere, sed
de facto nūq̃ resisti
refellit.

18 Certe Ioannes Bononia, Louaniensis Canonicus. lib. de prædestinatione. p. 2. de lib. arb. pagina. 103, de hac interpres^{is} sic ait
Cæterum quia non desunt modo homines, quamuis omni pietate præditi, aliter de libero hominis assensu, dum iustificamur, quam nos, sentientes, ac ideo huius Ecumenici Concilij clarissimam doctrinam obcurare, quodammodo conuari videntur, dum dicunt hominem habere libertatem arbitrij, ut ex
cita

Ioannes de Bonon.
testimonium

Sectio 14^a

citatio ni, admonitioniqz diuina, resistere possit, sed ijs inspira-
tionibus atqz monitionibus suppositis, nullum resistere arbitrium.
obscurare autem dixi, quoniam ex dictis R^{mi} Domini Hierony-
mi de Bononia ss^{ma} Sedis Apostolicae Nuntij dignissimi, nec
non Archiepiscopi Consani, professoris Theologiae peritissimi,
atqz Sacri Palatii Magistri eximij, apud Carolum Imperatorem
& cognomento maximum, residentis, eandem opinionem in Sanc-
ta Tridentina Synodo fuisse, summa diligentia à Patribus dis-
cussam, & tanquam minus probabilem optimo iure percepi re-
iectam esse,

Prædicta testimonia concilij procedunt de actibus qui
 bus homo se preparat ad gratiam, quorum tamen eadem est ra-
 tio, ac de reliquis omnibus, ut facile concedunt aduersarij: sunt
 autem & alia eiusdem concilij testimonia, quæ generaliter pro-
 cedunt de omnibus actibus in diuina legis obedientiam factis,
 & nostræ sententiæ suffragantur.

Sit igitur 3^m testimonium eadem sess^e cap. 11. ibi
Deus namqz sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi
ab eis prius deserantur, ubi concilium (ut quibusdam raptim
legentibus apparet) non loquitur solum, de gratia gratum faci-
ente, qua neminem Deus priuat, nisi propter peccatum illi-
us, sed generaliter loquitur de omninauxilio gratiæ, necessa-
rio ad obedientiam legis, & ad perseuerandum in iustitia;
id quod patet ex intentione totius capituli, quo exhortatur ad le-
gis obseruantiam, & docet eam omnibus esse possibilem, ut
patet ex titulo & ex toto contextu. Igitur hanc gratiam seu
auxilium necessarium ad operandum nemini denegat
Deus, nisi ei qui prius deserit ipsum.

3^a definitio. Conci.
 Trid. ex cap. ii.
 ss. 6.

19

Lo.

Quarta

21

Quartum tandem testimonium eiusdem Concilij;
 Et quod eundem sensum habet, & plane loquitur de auxiliis
 ad perseverandum in bono opere necessario, est cap. 13 ibi:
Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerit, sicut cepit opus
bonum, ita perficiet operans velle, & perficere.

4. Defin. T^{id}. ex
 ss. c. 13.

22

Ex his ergo duobus ultimis testimonijs sic potest ar-
 gumentum formari contra predictam sententiam. Vel ei
 qui non operatur dat Deus, illud auxilium de se efficax, praeue-
 niens hominis determinatiorem, vel non; si non dat; ergo cum
 illud auxilium dicatur ab aduersarijs, simpliciter necessari-
 um ad operandum, Deus denegans illud, deserit hominem in
 necessarijs, antequam deseratur; si autem dat Deus illi tale
 auxilium (ut non repugnemus Concilio) cum ponamus illud
 hominem non operari, iam concedendum erit auxilium il-
 lud non esse efficax, sed posse hominem illi resistere, etiam in
 sensu composito, quod est intentum.

explicatur de de
 fin. supra positae.

23

Dicit fortasse quis Deum quidem offerre illud au-
 xilium ei etiam, qui non operatur, non tamen dare illud ac-
 tualiter, eo quod homo ille non se disponat, & ita non deserit
 Deus, quin prius deseratur. Verum, hoc est iam incidere
 in sententiam, quam exclusimus, supra sectione 2^a; neg;
 sic difficultas euacuatur, quia vel ad illam dispositionem
 dedit Deus auxilium de se efficax, illius voluntatem prae-
 determinans, ad predictam dispositionem, vel non dedit;
 si dedit, non ergo est efficax, cum non sit sequuta dispositio:
 si non dedit, deseruit certe Deus in necessarijs, antequam
 deseratur.

num. g. eio.

24

Quod si dicatur, hominem defuisse esse, in aliqua dis-
 posi-

positione, ad quam non erat necessarium auxilium illud
 praedeterminans de se efficax, iam certe admittitur illud auxi-
 lium non esse necessarium, ad primam dispositionem, & con-
 sequenter neque erit necessarium ad dispositiones proximas.

PROBATVR

eadem conclusio, testimo-

nijs Summorum Pontifi-

cū & Concilij Seno-

nsensis

Sectio. Decimaquinta

Cum aperte definita fuerit haec Conclusio per Con-
 cilium Tridentinum, necesse non erat, nec superioribus,
 nec ex sequentibus temporibus, ulteriori probationes equi-
 re. At ut ostendamus non fuisse novum placitum Concilij
 (ut impudenter Heretici autumant) sed ex prima antiquita-
 te desumptum, & ut verum vero in omnibus consentire mos-
 tremus, probabimus eandem sententiam.

Primo igitur disertis verbis, eam docuisse videtur
 Clemens Pontifex Romanus, epistola sua tertia decretali, de
 officio Sacerdotis, cuius verba sunt. Siquis sanè audiens sermo-
nem veri prophetae, velit, aut nolit recipere, & amplecti onus
eius, id est, mandata vitae, habet in sua potestate. Liberi enim
suum arbitrij. Nam si hoc esset, ut videntes ea, iam non ha-
berent in potestate aliud facere, quam audierant, vis erat
quaedam natura, perquam liberum non esset ad aliam mi-
grare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus
 omni

omnino reciperet & hoc nature vis erat, quæ unum,
 aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc
 autem quia liberum est ~~parvo~~ inquam velut partem de-
 clinare iudicium suum, & quam probauerit eligere viam
 constat euidenter, inesse hominibus arbitrij libertatem. In
 hac sententia Clemens in eo constituit libertatem, ut post
 quam quis audierit prædicationem veri prophete, indifferens
 maneat, & sue potestatis sit, ut pro libertate sua velit aut no-
 lit obedire, quod est velle, aut nolle resistere vocationi, nam
 prædicationis ad vocationem spectat. Quod si ex prædicatione etiã
 in sensu composito, maneret determinatus ad unum (ex sen-
 tentia Clementis) non maneret libertas arbitrij, sed vii qua-
 dam naturalis. Nec refert quod Clemens non fuerit loquutus
 de interiore vocatione, ac de omni gratia præueniente, quia
 eodem modo potest formari argumentum eius de qualitate
 gratia, quæ antecedit propriam determinationem liberi ar-
 bitrij & illud prædeterminet; nam exposita, iam non habe-
 ret voluntas in potestate aliud velle vel facere, præter id quod
 fuerat ei per talem gratiam inspiratum, quod repugnare li-
 bertati arbitrij aperte docuit Clemens.

3
 Probr' ex
 Leone. 9.

Eandem sententiam, mihi certe videtur, re ipsa defi-
 nisse Leo. 9^{mus} epistola decretali ad Petrum Antiochenũ
 Episcopum, quæ habetur in fine operum Leonis Primi; ait igi-
 tur, In explicatione fidei Romanæ. credo gratiam Dei præue-
 nire, & subsequi hominem credo & profiteor, ita tamen ut
 liberum arbitrium, rationali creaturæ non denegem. Ete-
 nim nomine liberi arbitrij, proculdubio intelligit, ut &
 omnes intelligunt, potentiam indifferentem, ad opera
 dum

dum, vel non operandum, quam in sensu etiam composito & ex suppositione gratiae praeuenientis, intelligendam esse significat satis in illis verbis praeuenire & subsequi & ita ut.

Pbr. ex Conu
Senon.

Non fuit leuem fidem Concilium Provinciale Senonense, nostra sententia: tum propter auctoritatem Episcoporum, & Cleri totius Provinciae qui illi adfuerunt, ut constat ex principio decreti morum: tum propter auctoritatem Vniuersitatis Parisiensis, quae tunc temporis florebat, celebratum est enim Parisijs; ac proinde totius Galliae fides in est testata videtur. Itaq; hoc Concilium, in decreto. 15. fidei contra Lutheranos, sic habet. Cum igitur, reliquerit Deus hominem, in manu consilij sui, apposerit q; coram eo ignem & aquam, bonum & malum: ut ad quodcumq; voluerit, porrigat manum suam: nec absque beatus ille dicatur, qui potuit transgredi & non ^{est} transgressus, & facere mala & non fecit: quod sub eo sit appetitus eius, & dominetur illi us: ac demiq; percurrenti Sacram Scripturam, passim obuium sit, quod liberum utramuis in partem hominis arbitrium assereret: satis esse visum est sacro Provinciali Concilio, libertatis huiusmodi vires, & metas exponere. Neq; enim liberum arbitrium asserentes, diuinam excludimus propterea gratia: quod illi falso, toties imponere non verentur, atq; hoc fumo credulorum oculos praestringere. Sed iuxta sacram scripturam eo est tendimus; ut voluntas humana, misericordiae praeuenientis, auxilio suffulta, & interiori quodam, & occulto secretioris inspirationis afflatu, contacta, sese conuertat in Deum, Deo appropinquet, & ad veram illam gratiam se prepararet, qua tandem accepta sit ad vitam aeternam.

L

neq;

Negz tamen, tanta gratia necessitas, libero præiudicatur
 bitrio, cum illa semper sit in promptu; nec momentum quidẽ
 prætereat, in quo Deus, non stet ad ostium & pulset: cui si quis
 aperuerit ianuam, intrabit ad illum, & cenabit cum illo.
 Nec denique tale sit huiusmodi tractentis Dei auxilium,
 cui resisti non possit. Ecce, non solum apertißimẽ, in ver-
 bo resistere, sed in omnibus fere verbis, explicat Consiliũ
 se loqui, in sensu composito.

E A D E M. C O N

clusio probatur, testi-

monij August.ⁱ

Sectio decima septima.

Antequam testimonia aliorum Patrum profe-
 ramus, ostendere libuit in hac sectione, hanc nostram co-
 clusionem non solum Augustino non contradicere, ut sine
 rei examine, canclamant aduersarij, verum ex eius schola
 prodijße, eamq; non semel aut iterum, sed quam sæpißimẽ
 in varijs eiusdem libris, constanter docuisse. Itaq; sententia
 Augustini ea est, gratiam præuenientem, quam (ut iam
 monstratum est) in vocatione constituit, ita necessario prærequi-
 sitam esse ad primam conuersionem voluntatis, & ad vo-
 luntatem credendi, ut tamen ad prædictos alius, imo & ad
 quemlibet alium, non prædeterminet efficaciter volunta-
 tem, sed integram illi relinquat potestatem, ut consen-
 tiat, vel dissentiat, sequatur, vel resistat eidem gratia, etiã

Li. 83. q. 68

postquam eadem gratia excitatur, & praeuenitur.

In primis in Libro 83 questionum. q. 68, ^{sic ait} Apostolum
 eum (cum dixisset) o homo, tu quis es, ut respondeas Deo, non
prohibuisse sanctos à quærendo, scilicet de inequalitate meri-
torum, propter quæ Deus alijs misereatur, & alios induret: sed
tantum prohibuisse peccatores ab hac quaestione: at quæ deò negz
ideo Apostolum dixisse, homo tu quis es, quòd de fecisset, ne
qz exponere potuisset id quòd quærebatur, ut quidam impij he-
retici calumniantur. Et ipse etiam Augustinus, quaestio-
nis eiusdem, explanationem aggreditur: dicit ergo. Hæc volu-
tus Dei iniusta esse non potest: venit enim de occultissimis
meritis, quia & ipsi peccatores, cum propter generale peccatù,
vnam massam fecerint, non tamen nulla est, inter illos diuer-
sitas: præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quæ inuis nõ
dum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione. Et item
præcedit in alijs peccatoribus, quo digni sint obtusione. Et infra
parum est velle, nisi Deus misereatur, sed Deus non mise-
retur, qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit, quia
in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Ecce manifestè refert aliquam differentiam in ip-
 sam voluntatem volentis vel nolentis; quòd procul dubio
 nec verum esset, nec proposito deseruiret, si ipsa differentia vo-
 lentis, & nolentis reducenda esset in aliquam præmotione
 qua efficaciter, qui vult, præmouetur ad volendum, & ex
 cuius defectu tamqz ex defectu alicuius necessario prærequi-
 siti alter caret voluntate. Constituit ergo differentiam in
 eo Augustinus quòd alter ex propria libertate & indifferen-
 tia sed determinat ad volendum, alter ad non volendum.

Nec

4 Nec ideo tamen Augustinus consentit, reliquos Delagiano-
 rum dicentibus, initium iustificationis nostrae esse ex vo-
 luntate nostra, docet ^{enim} postea tam in eo qui vult, quam in eo qui
 non vult, praecedere vocationem ante ipsius voluntatem, vel re-
 sistentiam. Unde statim subiungit, quoniam (inquit) nec vel-
 le quisquam potest, nisi admonitus, & vocatus, siue intrinse-
 cus, ubi nullus hominum videt, siue extrinsecus, per sermonem
 sonantem, aut per aliqua signa visibilia, efficitur ut etiam ip-
 sum velle Deus operetur in nobis, scilicet per vocationem, & ad-
 monitionem, quod iam supra satis expositum est.

in q^o differat Aug.
 a semipel.

5 Ne tamen ex hoc intelligeretur, negare quod dixerat
 scilicet ex propria indifferentia & libertate alterum velle al-
 terum non velle, ut ostendat eam vocationem, non tollere in-
 differentiam, & libertatem voluntatis, sed integrum illi ma-
 nere sequi, vel non sequi vocationem; subiungit etiam de fac-
 to, alios vocationi obtemperare, alios vero resistere. Itaq; ait
 Ad illam cenam est; neq; omnes qui vocati sunt venire vo-
 luerunt, neq; illi qui venerunt, venire possent, nisi vocare-
 tur.

6 Ecce nostram ipsam sententiam docuit Augustinus, nem-
 pe necessariam esse, vocationem praecedentem ut homo exiitetur
 ad voluntatem credendi, vel sanandi: vocationem tamen, eam esse,
 cui voluntas possit, vel obtemperare, vel resistere. Ex qua tamen
 indifferentia, nulla est homini ratio gloriandi, quod obtemperave-
 rit, sicut nec ei qui non obtemperaverit, est ratio excurationis, quia
 ut statim subiungit Augustinus. neq; illi debent sibi tribuere, qui
 venerunt, quia vocati venerunt, neq; illi qui noluerunt venire, de-
 bent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam ut venirent, voca-
 ti

ti erant in libera voluntate. Vbi nec intendit Augustinus
 nullam omnino esse laudem in eo, qui venit vocatus, quasi non
 venerit eiusua indifferentia & libertate, sed tantum vult non
 esse precipuam eius laudem, cum non potuerit venire, nisi vo-
 catus, & vocatio ipsa, quae est causa principalis sui ^{ad}uentus, non fu-
 erit in eius potestate, & ideo subdit, propterea & si quicquam tibi
 tribuit, quod venit vocatus, non sibi potest tribuere, quod vocatus est.

7
 an homo gloriari
 possit, & vocati
 ni consentiat

Id quod, & Paulus videtur satis aperte significare. 2^a. Corinthi.

2^a Cor. 12

2^a Cor. 12.

12. Pro me nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis, quia
 ut in principio cap. dixerat, non expedit quidem; subdit tamen
 nam etsi voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim

Chrysost.

dicam. Vbi Chrysostomus Homil. 26, interpretatur illud non
 ero insipiens, hoc modo, non ero insipiens, non secundum hoc
 quod glorior, sed secundum hoc, quod mentior, itaq; secundum ^{hoc} ^{addidit} ^{dicat}
 non ero insipiens, ea propter etiam ^{addidit} veritatem enim dicam.

Itaq; gloriari ex recto libertatis usu, non est gloriari sine veritate.
 at non expedit, tum quod precipua causa non sit liberum arbit.
 sed gratia Dei; imo & respectu gratiae, quasi nihilo computandus
 sit connatus arbitrij; tum etiam quod periculum sit, ne & homo
 ipse se extollat, & alij eum extollant, supra id quod habet. ut &
 Paulus ibi. ne quis me existimet, supra id quod vidit in me.

Ambros.

Imo nec semper imprudentia est gloriari hominem de
 bono usu arbitrij, ut Ambrosius supra eundem locum, ibi. hoc
 dicit, quia si meritum suum profiteatur, quod habet apud Deum
 non erit imprudens; & statim, ergo si quis pro meritis suis, quae
 sibi ostensa sunt, loquatur, non est utiq; stultus, si autem tace
 at est etiam prudens. Primum enim aliquando extigit, vel ne-
 cessitas erigendi animum, pusillanimitate prostratum, vel etiam

B

ut

ut contigit Paulo, instructio, & exemplum proximorum:
 Secundum exigit frequentius, proprie humilitatis custodia.
 Paulus autem, (ut verbis Anselmi utar, supra eundem locum)
 mirabiliter egit utrumq; ut & loquendo erudiret audientium
 vitam & tacendo, custodiret suam. Unde miror aduersarios, ita se
 pe sepius vrgeri, illum locum Pauli, non volentis, & illum, quid
 habes quod non accepisti, ut omnem prorsus laudem, denegare vi
 deantur libero arbitrio; non secus ac si quoddam esset instrumē
 tum inanime, nihil omnino libere agens, cum reuera suam
 etiam habeat laudem, quod gratia obsequatur, esto præcipua
 Laus sit ipsius Dei per gratiam operantis.

Anselmus.
 male aduersarij
 negat oēs prorsus
 laudem lib. arb.

His quæ retulimus ex Augustino, nihil obstant verba
 eiusdem questionis ad finem ibi. Hæc autem vocatio quæ siue
in singulis hominibus, siue in populis, atq; in ipso humano ge
nere, per temporum opportunitates operatur, altd. & profunde
ordinationis est. quæsi voluerit Augustinus, vocationem, quæ
 effectum habet, habere ex se specialem aliquam vim, diuinitus
 datam, cui non possit voluntas resistere: respondetur enim ver
 ba illa, tantum significare, specialem h, secretam, providentiã
 Dei, qua eis, qui vocationi consentiunt, eam vocationem conce
 dit, quam prævidebat, illis forte opportunam, ut de facto consenti
 rent, esto possint dissentire.

spalis providentiã
 Dei significati cur
 cap. 26. 1. 15

Satius exposuimus prædictam questionem. 68. Augustini
 quod visa sit continere apertissime, totam nostram sententiam
 habere q; specialem auctoritatem; quod cum illius meminerit, Au
 gustinus 1.º retrahat cap. 26, nihil tamen in illa emendan
 dum putauerit, quod ad propositum pertineat.

nihil oio retrahit
 uit Aug. ex dictis

2.º Testimonium Augustini, ex dictis, circa præcedens
 testi

^M Testim. ex
ser. 233. de god
c. 4.

testimonium facile intelligitur pro nobis esse. Illud est
serm. 233 de tempore cap. 4. ubi eandem questionem
excitat; multi (inquit) dicunt, & scire volunt, quare illum vo-
cat ad se Dominus, & illum non vocat, vni subuenit, & vni non
est. Respondet referens differentiam, in ipsum hominem sequen-
tem vel non sequentem vocationem diuinam. At itaqz, audio
homo: hunc dignum habet pro bonis operibus suis, illum habet
indignum pro operibus suis malis. Sed vrget questionem Au-
gustinus sic. dicturus es forsitan quare ille sic? id est quare ille
habitus est indignus pro operibus malis. Respondet tibi (inquit
Augustinus) Dominus Deus tuus, quia bonum non denegavi, sed di-
xi prius, lauamini, mundi estote, hoc est, prius eum vocavi &
obtuli quidquid necessarium erat, ad bonum consequendum, at
ipse resistit vocationi, & abiicit hanc gratiam sibi oblatam, & ideo
factus est indignus. Unde quia supposita vocatione, & preparatio-
ne diuini auxilij, in libertate hominis stat resistere vocationi,
vel eam sequi, ideo conuertit sermonem ad ipsum hominem
eum ephortans, vt cesset à malo & faciat bonum Uz quia
(inquit) cum hæc feceris, gratiam meam percipies.

Tertium Testim.
ex. c. 9. li. 5. de
ciui. dei

Tertium testimonium est ep. cap. 9. lib. 9. de
ciuitate Dei, ubi disputans, contra Ciceronem, qui putabat
scientiam Dei, tollere voluntatis libertatem, vt ipse Augus-
tinus cum prascientia libertatem conciliet, hanc propositio-
nem vniuersalem assumit, sicut enim naturarum omnium
creator est, ita omnium potestatum dator, non voluntatum. Vbi
procul dubio, de omnibus voluntatibus loquitur vniuersaliter,
alij nihil propositio deseruiret ad conciliandam libertatem om-
nium voluntatum cum prascientia, quod est intentum Au-
gustini; quod autem subdit, malè quippe, voluntates, ab illo
non

limitare

non sunt, non ideo dixit ut praedictam propositionem, ad solas malas voluntates limitaret: nam id esset, intentum totius disputationis, & ne relinquere Ciceroni suum errorem inexpugnatum circa bonas voluntates. Addita ergo sunt illa verba, ut universalem propositionem priorem probaret, ex qua dum particulari certissima, indeq; inferri posset, propter paritatem rationis ipsa universalis propositio; quasi in hac forma argumentaretur; Deus non est dator voluntatum, ergo nihil pugnat praescientia Dei, cum libertate voluntatum; antecedens probatur, quia non est dator voluntatis mala, ergo uniuersaliter, non est dator voluntatum: Nam ratio quia Cicero putabat Deum esse datorem voluntatum, generalis erat, etiam malis voluntatibus, quatenus voluntates sunt: sumebat enim rationem ex subordinatione causarum. Ut autem ostendat Augustinus, subordinationem causarum saluari, & consequenter, voluntates omnes subisci Deo, etiam si non sit voluntatum dator, ideo dixit Deum esse datorem potestatum, id est ipsius potentiae liberae, & facultatis liberi arbitrij. Unde subdit, cui (scilicet Dei voluntati) etiam voluntates omnes subiscuntur, scilicet, tam bonae, quam malae, non quidem quia illarum sit dator, sed quia non habent potestatem, nisi quam ille concedit, & ex eo solum concludit in sequentibus, Deum esse causam primam, pendere q; ab eo, etiam voluntates; & iuxta haec, in verbis antecedentibus dixerat, in eius (scilicet) Dei voluntate) summa potestas est scilicet, respectu omnium voluntatum, cuius rationem subdit, qui creatorum spirituum voluntates bonas adiuvat, malas iudicat, omnes ordinat. Vbi vides non probare summam

Dei

Dei potestatem, ex eo quod det bonas voluntates, sed ex hoc
hoc quod eas adiuvat; nam potius Dei potentiam commendat,
quod Deus non dederit voluntates, eo sensu quo loquitur Au-
gustinus, & statim explicabimus, sed quod dederit eis, facultate
& virtutem liberi arbitrij, qua ipsi possint, eligere quod volue-
rint; ut enim paulo post ait Augustinus. Voluntates nostrae
tantum valent, quantum ^{Deus} eas, valere voluit

explicat. i. non est datur
Voluntatum

Quod autem Augustinus dixit, non est dator volunta-
tum, non ideo dixit, quia bonae voluntates, non sint donum Dei.
oppositum enim, & verissimum est, & constat ex mente Augusti-
ni supra; sed tantum voluit, Deum, non dare voluntates, quasi
illa creans, vel infundens, se solo, aut praedeterminans ipsam po-
tentiam voluntatis; sed tantum vult, Deum sic dare voluntates
ut relinquat libero arbitrio facultatem eligendi, & se determina-
di ad quam partem maluerit.

14.

Nihil obstat dictis, quod ad finem capitis, ait Augustin⁹.
quidquid valent voluntates, certissime valent, & quod facturae
sunt, ipsae omnino facturae sunt, quia facturas, aut valituras,
ipse praesciuit, cuius praescientia falli non potest, quasi voluerit
Augustinus, praescientiam Dei praedeterminare voluntates hu-
manas. Respondetur enim, Augustinum, tantum voluisse
ostendere, infallibilitatem divinae praescientiae. Unde vel solū
a posteriori procedit illud argumentum, vel profecto, solum
vult, certitudinem eventus, esse ratione praescientiae, quatenus
certitudo proprie loquendo, non sumitur, ex ordine, ad causam
sed ex ordine ad scientiam, quae solum dicitur certa, vel non certa;
cum quo tamen stat, Scientiam futurorum contingentium, cer-
tam esse, quia causa contingens vel libera, libere se determinat
ad talem effectum contingentem. Porro sensus praedictorum

15

M

verbo

16 verborum qui in obiectioe, insinuabatur, omnino repugnat intentioni totius capituli, & eius discursui; sensus autem praedictus, aperte constat ex cap. 10. ad fin. totum autem Caput 10^m eandem habet sententiam, & interpretationem, sicut caput 9^m.

ad idem facit, c. 10
cigd. li. 1. de civ.

17 Quartum Testimonium, ex cap. 31. lib. de spiritu & littera, ubi ut ostendat fidem esse, in nostra potestate, quasi sic argumentatur. Consensio, hoc est, assensus fidei, utique volentis est. ergo profecto fides, in potestate est, contra quam sententiam, opponit Augustinus, quasi in hac forma, Altus credendi est a Deo, ergo non est in potestate nostra, antecedens probatur tum ex illo, quid habes, quod non accepisti? tum etiam quia potestas credendi, est a Deo, ergo est altus. Tota haec argumentatio videtur includi, in verbis sequentibus quamvis sub alia forma. Non est potestas nisi a Deo, quid igitur causa est, cur non & de illa nobis dicatur, quid enim habes, quod non accepisti? nam & hoc ut credamus, Deus dedit. Huius argumento videtur respondere Augustinus, negando consensionem, seu voluntariam fidem, per voluntatem credendi esse a Deo (quod ut exposuimus circa praecedens testimonium, non sic intelligitur, ut haec voluntas, non sit donum Dei, sed tantum vult Augustinus, non esse datam a Deo, eo modo quo ipsa potestas credendi, scilicet independenter a determinatione, & libertate hominis) Propositionem ergo, sic intellectam probat, quia nusquam legimus, in sanctis scripturis, non est voluntas nisi a Deo, & velle non scriptum est, quia verum non est. Id autem scilicet, verum non esse, probat quia alioquin, etiam peccatorum (quod absit) autor est Deus, si non est voluntas, nisi ab illo. In

q. 1. 1. ex. c. 31.
de Spū s. hū

quo (prout simili ratione, & fierè circa eandem sententiam, aduertimus supra, circa tertium testimonium) non intendit limitare prædictam propositionem, ad solas malas voluntates; nam sic limitata propositio, non probaret intentum Augustini, scilicet voluntatem credendi, esse in nostra potestate; quid enim ad hoc refert, quod voluntas mala non sit a Deo? tantum ergo intendit, propositionem illam vniuersalem probare ex particulari notissima: cuius tamen eadem est ratio ac reliquarum particularium, eiusdem vniuersalis, quantum attinet ad præsens; omnium enim eadem est ratio, qua utitur ibi Augustinus, quia scilicet, est impotestate volentis. Argumentum autem illud, quod diximus, scilicet, Potestas credendi, est à Deo ergo & altus; sic soluit. Cum potestas datur, non necessitas utiq; imponitur: Vnde cum David, occidendi Saulis potestatem accepisset, maluit parcere, quam ferire; & concludit, unde intellegimus, malos accipere potestatem, ad damnationem malæ voluntatis suæ; bonos autem, ad probationem bonæ voluntatis suæ.

Habemus itaq; ex toto hoc capite in primis Deum, non dare voluntates liberas independentes à propria determinatione & liberatè ipsius potentia libere, sed ita dare illi potestatem volendi, qualem dat per vocationem, ut integrum maneat, ipsi voluntati, aut velle credere, aut vocationi resistere. Habemus insuper idè aliquid esse, in nostra potestate, quia cum potestas datur, nõ imponitur necessitas, hoc est, quia manet facultas, etiam in oppositum, ita ut defacto, etiam contingat facere oppositum, ut explicat Augustinus, in potestate data, David, ad occidendum Saul em quæ potestatem, sic generalitèr explicuit Augustinus, & in ordine ad actus malos, & in ordine, ad actus bonos, ut constat, ex ultimis verbis, ci

bis citatis, & ex exemplo David; nam & occidisse Saul em, ac-
 tum fuisset bonus, cum esset iusta defensio, licet melius fuerit
 pepercisse. Ex quibus constat, non dari nobis potestatem, ad crede-
 dum, nisi detur, vel ut minimum offeratur, omne auxilium requi-
 situm, eo autem dato vel oblato, ideo dari nobis potestatem, quia
 sicut possumus credere, ita posito eodem auxilio, possumus non
 credere.

non datur potestas
 ad credendum, nisi
 detur. l. offerati oc au-
 xilium requiritur ad
 credendum.

19 Quintum Testimonium sit ep cap. 30. lib. 7. de Ciuita-
 tibus. sic itaq; administrat omnia quae creauit, ut etiam ipsa propri-
 os excersere, & agere motus sinat; quam sententiam desumpsisse vi-
 detur Augustinus ep Dionysio Areopag. 4. de diuinis hominibus,
 quare non eisdem omnino verbis, & est ponderandum verbum
 illud sinat, quod non satis proprie dictum fuisset, si causas etiam li-
 beras praedeterminasset: significat enim permissionem quandam
 qua permittit causis secundis (liberis scilicet) quarum tantum iudicium
 postulat, ut se determinent.

m
 §. Testim. ex
 Li. 7. ciui. c. 30.

20 Septimum testimonium sit ep suprad. 10. libro de spiritu
 & litera, ubi explicans voluntatem credendi esse donum Dei, ratio-
 ne vocationis, quae necessario praerequiratur, & aqua excitatur, simul
 explicat, & saepe repetit, post vocationem, ipsum velle manere in potes-
 tate liberi arbitrij; vnde cap. 33. uocante Deo (inquit) surgit, scili-
 cet voluntas vel consensus, de libero arbitrio, vult autem Deus om-
 nes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire (cum
 scilicet eos vocat) non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium
quo bene, vel male, vtentes. (cum scilicet consentiunt, vel resistunt
 vocationi) iustissime iudicentur. Et cap. 34 explicans donum vo-
 cationis, quod non est in nostra potestate, ait. Nemo habet in potesta-
 te quid ei veniat in mentem (scilicet per vocationem) sed consen-
 tire, vel dissentire, propriae voluntatis est. Sic posita vocatione

6. Testim. ex
 c. 33. v. 34. de
 Spu & Gra

indif

ferenter, & aequaliter relinquitur in potestate voluntatis consentire
& dissentire vocationi iampositae. Et quia hanc suam sententiam, vult Au-
gustinus nobis esse maxime commendatam, iterum atq; iterum, eadem fere u-
ba repetit, sic enim subiungit. His ergo modis (suasionibus scilicet siue exter-
nis, siue internis) quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat: nec enim
credere potest quolibet libero arbitrio, si nulla sit suasio, vel vo-
catio, cui credat, profecto & ipsum velle credere Deus operatur
in homine, & in omnibus misericordia eius praeuenit nos. ubi
intantum dicit Deum operari ipsam voluntatem credendi
in quantum donat vocationem, sine qua non posset velle credere
At post vocationem de ipso consensu voluntatis subiungit. Conse-
ntire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propria
voluntatis est.

Et ut ex Augustino habeant responsum aduersarij
qui nos accusant, quasi ex hoc ipso tribuatur aliquid à nobis volun-
tati, quod non acceperit a Deo, audiant verba quae statim subiu-
git Augustinus ibi, quae res non solum non infirmit, quod dictum
est, quid habes quod non accepisti, verum etiam confirmat, accipe
re quippe, & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, ni-
si consentiendo, ac per hoc quid habeat & quid accipiat Dei est, acci-
pere autem & habere, utiq; accipientis est.

N. qd habeat cupit
accipiat. Sed dei
est, accipere aut
c. bene accipit

7. Test. ex c. 21.
de eccl. dogm.

Septimum Testimonium est ex cap. 21. lib. de eccl.
siasticis dogma. si forte autor est Augusti. ibi. Manet itaq; ad
quaerendam salutem arbitrij, libertas, id est rationalis voluntas;
sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem, ut vel eligat,
vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est, inspiratione Dei.
Et paulo infra. Initium ergo salutis nostrae Deo miserante ha-
bemus; ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostrae potes-
tati est; ut adipiscamur, quod acquiescendo monitioni cupimus,

diuini

diuini est muneris; ut non labamur in adepto salutis mu-
 nere, sollicitudinis nostra est, & celestis pariter adiutorij; ut laba-
 mur, potestatis nostra est, & ignauis. Quae omnia verba, cuiusvis
 sint auctoris, Augustini sensum redolent, simili magis sunt se-
 tentijs & verbis Augustini supra citatis. Porro quae sequuntur
 & a Doctoribus Louaniensibus commendantur, tamq̃ scripta
 ab aliquo, ^{et uicido doctore} et sine controuersia, catholice, eandem habent sen-
 tentiam. Sicut ergo, initium salutis nostrae, Deo inspirante, &
 miserante, habere nos credimus: ita arbitrium natura nostrae,
 sequax esse, diuinae inspirationis, liberè confitemur. Igitur
 ut non labamur a bono, vel natura, vel meriti, sollicitudinis
 nostra est, & celestis pariter adiutorij: ut labamur, potestatis
 nostra & ignauis. —

Ecce satis aperte ostenditur, post salutiferam, & diui-
 nam inspirationem, in potestate arbitrij positum esse, sequi
 vel non sequi uocationem, & ad mandatorum obseruantiam
 pariter concurrere Dei adiutorium, cum nostra sollicitudine,
 pariter (inquam) & non secundum aliquam praedeterminatam
 applicationem, vel praemotionem. P

Octauum Testimonium, sit ex cap. 432. Enchirid.
 23 ibi. Proculdubio, si homo eius aetatis est, ut ratione iam utatur,
 non possit credere, sperare, diligere, nisi velit, nec praenire ad
 palmam supernae uocationis, nisi uoluntate excurrerit. Vbi non
 solum uult uelle credere, sperare, & diligere esse, esse actus elici-
 tos à uoluntate: id enim impertinens erat ad intentum capitu-
 li, cum etiam hoc modo sancta cogitatio, vel affectus indeliberatq̃,
 quibus Deus hominem uocat, sint actus intellectus, & uoluntatis:
 Ex quo tamen nulla consurgit difficultas, ratione cuius possit dubi-
 tari, an sint donum Dei, sed id supponit ibi Augustinus ut indubi-
 tatu

8 testim^m ex
 e. 432 Enchir.

tatum sine contro uersia . at ep hoc quod supponat sperare
et diligere esse actus voluntatis, putat insurgere non paruum
difficultatem in explicando, quomodo sint donum Dei: intelligit
ergo proculdubio, actus illos esse in potestate indifferenti, et libera vo-
luntatis, idq; admittit in toto capite, etiam supposita uocatione Dei.
Et infra explicans modum, quo voluntas credendi, est donum Dei
sic ait. qui (scilicet Deus) hominis voluntatem, et preparat ad
iuuandam, et adiunat preparatam. Vbi solum meminit uocatio-
nis, qua preparat voluntatem, et concomitanti auxiliij quo adiunat.
Et enim quia uocatio non praedeterminat efficaciter, sed relinquit
voluntatem liberam, ut ipsa se determinet, opus est ulterius au-
xilio concomitanti, quo adiunet concomitantè: ea enim est vis
illius uerbi adiunat preparatam, maxime cum ibi distinguit
Augustinus auxiliium adiunans, ab auxiliio preparanti; om-
nino ergo contra mentem Augustini ponitur auxiliium praeue-
niens efficaciter praedeterminans, cum neq; tale sit auxiliium ad-
iuuans, secundum Augustinum, quod a praeuenienti distingui-
tur, neq; tale etiam sit ipsum praeueniens, quod ponit Augustinus:
alias, ut plerique aduersariorum, et quidem consequenter asse-
runt, negandum esset aliud auxiliium adiunans, diuersum ab au-
xilio praeuenienti de se efficaci; sicut et artifex non adiunat pe-
necillum alio concursu, praeter eum, quo ipsum penecillum
promouet.

24

auxiliū adiuuans
nō pot. praedetermi-
nare.

Nonum Testimonium sit ep q. 2. lib. 1. ad Simplicium
animum, in qua saepe docet, etiam posita uocatione (cui soli in to-
ta illa quaestione tribuit rationem gratiae praeuenientis) integrū
manere voluntati, ut sequatur, vel non sequatur; Unde ante
medium ait. Nemo itaq; credit, non uocatus, sed non omnis cre-
dit uocatus. Ecce posita ea uocatione, qua necessaria erat credenti
ad credendum, alter uocatus non credit; quod autem loquatur
de eas

25

m
9. Testim. ex
C. 2. li. ad Sim-
pli.

de ea vocatione, qua de facto electi crediderunt, & quod etiam
 illam ipsi potuissent contemnere, sequunturque sine eam, ex determi-
 natione propriae voluntatis, satis explicat in his quae immediate sub-
 iungit. multi enim sunt vocati, pauci vero electi, utique ij qui voca-
tem non contempserunt, sed credendo sequuti sunt, volentes autem
sine dubio crediderunt; & in eundem sensum post pauca ait. Op⁹
est ergo, velle, & currere, non enim frustra diceretur, Et in terra =
pax hominibus bonae voluntatis, & sic currite ut comprehendatis
& paulo post. Noluit ergo Esau, & non cucurrit, sed etsi voluisset, &
cucurrisset, Dei adiutorio praeuenisset, qui ei, etiam velle & currere
vocando praestaret, nisi vocatione contempta, reprobus fieret. Ecce
Esau, nolens contempsit eam vocationem, cui si volens obtempe-
rasset, Dei adiutorio iam concomitante, cucurrisset & peruenisset
etiam, et ipsa vocatio, quam contempsit, praestaret illi velle, & cur-
rere: etenim vocatio secundum Augustinum, non praestat nobis ip-
sam velle independentem à determinatione nostra voluntatis, aut
efficaciter praedeterminans illam, sed dependentem à subsequente
determinatione, quod statim explicat, dicens. Aliter enim Deus
praestat ut velimus, aliter praestat, quod voluerimus: ut velimus
enim suum esse voluit, & nostrum, suum vocando, nostrum sequen-
do, quod autem voluerimus, solus praestat. Hinc multum refert
modo examinare, quid intelligat, dum dicit, quod voluerimus
solus Deus praestat, certum tamen mihi videtur, vocem quod, non
esse aduerbium, sed relatiuum, & supplendam esse vocem id, ut
sensus sit. Solus Deus praestat, id quod voluerimus (id est) posse
bene agere, & semper beate viuere, siue id intelligatur praestare
Deus solus, in beatitudine, siue id solus praestiterit, ratione voca-
tionis, quae est à solo Deo, iuxta illud de spiritu, & lit. cap. 34
quid habeat & quid accipiat Dei est, scilicet ratione vocationis,

84
supra. n. 20

ut ibi, Et enim per vocationem, dat Deus posse bene recte
& bene agere, quod sine vocatione, non potest homo, ut saepe in praecedentibus docuit Augustinus. —

In eadem quaestione, in eadem sententia persistens Augustinus, paulo infra sic ait. Si vocatio ista est effectus bonae voluntatis, ut omnis eam vocatus sequatur, quomodo verum erit multi vocati, pauci electi? quasi non aliter recte saluari possit haec sententia ex mente Augustini, nisi eidem vocationi, cui electus obtemperat, & ipse posset non obtemperare, & de facto alter electus non obtemperasset. Quare subiungit. Quod si verum est & non consequenter vocationi, vocatus obtemperat, atque ut obtemperet, in eius est positum voluntate, recte etiam dici potest, igitur non miserentis Dei, sed volentis est hominis. Vbi notandum est, quantum Augustinus procedit disputans in utramque partem de intelligentia illius sententiae non volentis esse & consequens illius argumenti, quod modo retulimus, nec verum sit, nec ex sententia Augustini, eoque consequentia fallax sit, tamen antecedens, non solum falsum non est, aut extra mentem Augustini, quinimo assumitur ab eo, tanquam principium constantissimum, ad egerendam difficultatem quaestionis, quam versat. Unde nunquam illud negasse deprehenditur Augustinus, in hac quaestione, aut usquam alibi.

10. Testim. ex
c. 5. de Predest. S.

Decimum testimonium, lib. de predestinatione sanctorum cap. 5. ubi plus solito, prout occasio exigit (scripsit enim hunc librum contra Semipelagianos, qui totam Galliam turbabant dicentes initium fidei non esse donum Dei) arguens eam sententiam, quam supra exposuimus, voluntatem scilicet credendi, esse donum Dei vocantis, & vocationis effectum sic explicat rigorem sermonis, ut cum omnibus, quae supra ex
eodem

N

26

27

Sch. 10

eodem Augustino retulimus, recte consentiat; ait enim
 infine capituli. Non quia credere, vel non credere, non est in arbi-
trio voluntatis, sed in electis preparatur voluntas à Domino,
ideo ad ipsam quoque fidem, quae (adhuc supposita vocatione)
in voluntate (hoc est hominis potestate) est, pertinet et. ~

28

Ad idem spectat quod in capite 14. de dono perseueran-
 tiae per totum. Et eodem fundamento demonstrat etiam predes-
 tinati verbum Dei esse predicandum, quod, scilicet, etri vocati sunt
 vocatione electorum, tamen in eorum potestate sit, consentire,
 vel non consentire. ~

c. 14. de do-
no perseu.

Quo modo autem cum his stare possint, quae docet saepe
 in ijs libri de vocatione illa alta & secreta, cui nemo resistit, postea
 applicabimus.

29

Sunt & alia testimonia, quae sumi possunt ex multis
 locis Augustini, in quibus ostendit saepe contingere, ut ex duobus
 aequali vocatione vocati, alter conuertatur, alter non conuerta-
 tur. Ex quo sumitur efficax argumentum, quo probatur, eum
 qui conuertitur, potuisse resistere vocationi, vel auxilio praeueni-
 enti, quandoquidem vocationi eidem, alter resistit et.

Cum aequalibus ac-
xilijs vnum con-
uertitur alius non con-
uertitur p. 6. ex seq.

30

Sit ergo 11. testimonium ex lib. 6. de Ciuita. Dei
 cap. 17. ubi constitutis duobus hominibus, in eadem disposi-
 tione, & in eadem occasionibus deficiendi à castitate, ac proin-
 de cum eisdem auxilijs ad vincendam tentationem, sic ait. Si
 aliqui duo aequaliter affecti animo, & corpore, videant vnius cor-
 poris pulcritudinem, quae visa vnus eorum ad illicitè perfrueñdum
 moueatur, alter involuntate pudica, stabilis permaneat; quid
 putamus esse cause et? Supposita aequalitate in omnibus, sub-
dit infra. Si eadem tentatione ambo tententur, & vnus ce-
dat atque consentiat, alter idem, qui fuerat, perseueret, quid ali-

11. Testim. ex
lib. de Ciui. c. 17.
12

vid

ud apparet, nisi unum voluisse, alterum noluisse a castitate deficere. Porro si Augustinus agnouisset aliquod auxilium praeueniens de se efficax, facile in illo cognouisset radicem differentiae inter illos duos homines; quia tamen illud non agnouit, differentiam reducit, in proprias voluntates illorum.

adversarioꝝ
causis

Sed sunt et aduersarij, qui nos accusent, quod hoc utamur testimonio ad nostrum institutum, cum Augustinus hic, non querat causam, qua unus bene operetur, alius non sed eam potissimum causam, quare unus peccet, alter non peccet. at certum est (inquiunt) Deum non esse causam peccati.

31

refellit aduer
sarioꝝ inter
grata & explicat
locus Aug.ⁿⁱ

At in primis hi, sui videntur immemores, solent enim mordicus asserere, etiam ut voluntas se determinet, ad eliciendam entitatem actus peccati, esse necessariam praemotionem Dei de se efficacem. Unde & consequenter asserere tenentur eum, qui peccat, necessario habere maius Dei auxilium, quam ille qui non peccat, & specialius praemoueri a Deo. sed certe hic non poterunt vel inuiti recantare palinodiam; alias si Augustinus, (ut ipsi iactitant) in ea esset sententia, primam radicem illius differentiae, non in propriam voluntatem, sed in illud primum auxilium praedeterminans reduxisset: quod certe in deo recte non fecit, quia si fecisset, impie fecisset; quod autem ita facere debuisset, si in horum esset sententia, facile ostenditur etiam si loquamur de peccato, ut peccatum est, (quod tamen ibi non curat Augustinus; alias ad id impertinens esset corporis dispositio, quam ibi in amobus aequalem constitenti conatur, cum dispositio corporis, non inclinet ad malum pro formali, sed pro materiali tantum, (hoc est,) ad bonum sensibile) certum est enim rationem formalem mali, non esse primam rationem,

32

quae

quæ in actu positivo peccati reperitur, neque quæ primo respicit actiuitas voluntatis, quia nemo intendens ad malum operatur: ratio ergo formalis peccati est quid consequens, ad productionem liberam positivam entitatum actus mali. Tunc ultra causa huius positivæ entitatis, & productionis illius, est ipsa voluntas applicata ad illam operationem, vel productionem; Rursus radix illius applicationis voluntatis est ipse concursus Dei, seu ipse Deus suo concursu prævio applicans voluntatem: ergo prima radix differentie, quam ibi Augustinus inquirat, inter eum qui peccat voluntate impudica, & eum qui non peccat, est Deus, vel eius concursus prævius applicans voluntatem. At quam hoc sit alienum ab Augustino, vel ex hoc eodem loco, vel ex adversariorum interpretatione convincitur.

33 Quod si Augustinus, non est in ea sententia, certe convenienter argumentatur ex hoc loco Molina, Ruard. Tappes, & Driedo, quem Ruard. citat, qui saltem ex paritate rationis intendunt, differentiam eius qui bene operatur, ab eo qui non operatur, in suo ordine reducendam esse in voluntatis libertatem, & non in auxilium efficaciter prædeterminans, quandoque hæc in parte, secundum adversarios, eadem est ratio de actibus malis secundum entitatem physicam consideratis, ac de actibus bonis.

34 Sed hæc omnia contra adversarios, ex eorum sententia dicta sint, nam certe Augustini testis, hæc non opposit: manifeste enim loquitur Augustinus non de ijs hominibus quorum unus habet voluntatem peccandi, alter nullam prorsus habet voluntatem, sed ponit hunc etiam habere bonam voluntatem perseverandi in castitate, ut constat ibi. in voluntate pudica stabilis permaneat.

Adde quod aduersarij plerumq; non admittunt ho-
minem, cui proponitur obiectum, posse suspendere actum volunta-
tis omnino: habuit ergo ille qui non consensit voluptati, aliquē
actum, & consequenter actum bonum; procedit ergo comparatio
Augustini, inter duos homines, quorum alter bonam, alter ma-
lam habet voluntatem, & horum differentiam sumit ex pro-
pria libertate, atq; adeo plane nobis eius testimonium suffraga-
tur.

12. testim. ex
lib. de Pēd. e
grā. c. 13.

Duodecimum testimonium in eandem sententiam,
de equalitate auxiliorum, inter eum qui conuertitur & eum
qui non conuertitur, sit ex libro de predestinatione & gratia cap. 15
quod integre pro eius intelligentia referendum est. Existere ni-
hilominus fortasse aliquem reor, qui dicat, minus idoneam ad sa-
lutem viam, si nulla intrinsecus vocatione pulsatus, tantum
quispiam flagelletur. Unde Nabuchodonosor penitentiam meruit
fructuosam? non ne post innumeras impietatis flagellatus pēni-
tuit, & regnum quod perdidit rursus accepit? Pharaos autem
ipsis flagellis est durior affectus, & perijt. Hic mihi rationem red-
dat, qui diuinum consilium nimium altum sapienti corde diu-
dicat, cur medicamentum, vnius medici manu confectum, alijs
ad interitum, alijs valuerit ad salutem; nisi quia Christi bonus
odor, alijs est odor vitæ, in vitam, alijs odor mortis, in mor-
tem? quantum ad naturam, ambo homines erant; quantum
ad dignitatem ambo Reges; quantum ad causam, ambo captiuum
populum Dei possidentes; quantum ad penam, ambo flagellis
clementer admoniti. quid ergo fines eorum fecit esse diuersos,
nisi quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ
iniquitatis ingemuit; alter libero, contra Dei misericordissimam
veritatem pugnavit arbitrio; Hic quicumque respondet illi

ut mutaretur affuisse diuinum, huic ut induraretur def
fuisse presidium, & hoc contendit iniustum, propter quod res
ipsarum fines, in Dei voluntate constituens, dixit Apostolus:
cuius vult miseretur, & quem vult indurat, dicente Domino;
sine me nihil potestis facere: intelligat illa omnia, vel adiuuā
te Domino perfici, vel deserente permitti; ut nouerit tamen,
nolente Domino, nihil prorsus admitti.

37 Ecce aequalitatem in omnibus constituit, inter hos
duos Reges, praeterq̄ diuersas voluntates, ibi. quid ergo fines
eorum fecit esse diuersos, ostendens eisdem medijs Diuinae pro
uidentiae, quibus Nabuchodonosor recipiit, Pharaonem obdu
ruisse. Non omnino certum est an liber sit Augustini, verum
cum styllus, & doctrina ipsa, reliquis Augustini libris similis
sit, non est cur reijciatur.

38 Magister Banés, aliquando supponens librum esse
Augustini, sic respondet. ibi. Augustinum disputantem loqui,
& ad arguendum falsum principium sumere; nam postdum
propriam sententiam statuit, contrarium plane docere putat
ibi. Hic quicumq̄ respondet etq̄

M. Banés inter
praeiatio refer
litur

At certe ut intuenti patet, Augustinus ibi ex propria
sententia loquitur, confirmans quod praecedenti cap. 14.
docuerat, dum dixit Patientia ei (scilicet Nabuchodonosori)
debit valere ad salutem, qua differens iustum, meritum q̄
supplicium, miraculorum verba crebra densabat; quasi dicat
ei Deum non defuisse in necessarijs.

Huic sententiae ex persona aduersarij, obiicit sibi
Augustinus, quod habetur in principio cap. 15. citati, scilicet
minus idoneam viam ad salutem esse, si tantum quorpiam
flagel

flagellatur; & huic obiectioni satisficit ex propria sententia. ibi. Vnde Nabuchodonosor etq. Vbi obiectionem refellens docet hanc viam idoneam fuisse Nabuchodonosori; qua proinde conuerti potuisset etiam Pharaos. Et in hac responsione, quam constat esse ex propria mente Augustini, continentur verba quae nostram sententiam explicant. -

Quod autem subdit. ibi. Hic quicumq; respondet etq; nihil prius dictis aduersatur: neq; tam cito sibi repugnare potuit Augustinus: tantum enim vult, Deum deseruisse Pharaonem, Nabuchodonosori aut, in praesidium fuisse. Et primum quidem non est, cur haec verba referantur ad differentiam vocationis, & gratiae praeuientis (de quibus tantum loquimur, & loquebatur Augustinus, cum eos homines pares constituit) sed referenda sunt potius ad gratiam adiuuantem: Vnde Augustinus tantum respondet. intelligat illa omnia (scilicet conuersionem vnius, & duriciem alterius) vel adiuuante Deo perfici, vel deserente permitti, quae verba gratiam adiuuantem, vel eius desertionem sonant. Velsi ad vocationem vel gratiam praeuientem referre libeat, certe manifestum est non docuisse Augustinum ibi, vocationes illorum, in se ipsis inaequales fuisse, alteram scilicet ita vehementem, ut vocatus non potuerit ei resistere, alteram ita remissam, ut ea vocatus, non potuerit duriciem vincere, & conuerti: sed tantum vult alteri, ut mutaretur, ad fuisse diuinum praesidium, quatenus dedit ei Dominus vocationem congruam, cui licet posset resistere, sciebat tamen consensurum: alteri vero idem praesidium defuisse, quatenus, licet ei dederit vocationem eiusdem virtutis, incongruam tamen, cui defalto illum non consensurum, Deus

Deus presciebat, quæ est certissima mens Augustini utiqz
et statim videbimus.

40

Decimum tertium testimonium, pro eadem præveni-
entium auxiliorum equalitate, sit ex quaestione 2. ad Simpli-
cianum, circa medium, super illud. Multi sunt vocati pauci vero
electi, ait, ut quamvis multi uno modo vocati sint, tamen quia
non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocatione,
qui ei capeffenda, reperiantur idonei. Et infra. Verum est
ergo, multi vocati, pauci vero electi: illi enim electi, qui congru-
enter vocati; illi autem qui non congruebant, neqz contemp-
rabantur vocationi, non electi, quia non sequuti, quamvis vo-
cati. Et infra. Cum ergo, alius sic, alius autem sic, moveatur
ad fidem, eadem qz res sæpe alio modo dicta moveat, alio modo
dicta non moveat, aliumque moveat, alium non moveat.

13. Testim.
ex q. 2. ad
Simpl.

Ubi advertendum maxime est, non solum dixisse, eadem res
alio modo dicta moveat, alio non moveat, quæ differentia
in modo dicendi ad ipsius vocationis differentiam posset spec-
tare, sed etiam addidisse, aliumqz moveat, alium non mo-
veat (supple eadem res ^{eadem} modo dicta) aliàs nihil novi di-
xisset, dum dicit, alium moveat, alium non moveat, præter
id quod immediate antea dictum erat, ut rectè annotavit Gre-
gorius de Valentia. 2. t. comm. Theol. q. 93. p. 4. Et de efficaciâ v. p. 3. p. 6.

Greg. de Val.
13. p. 6.

41

Ad idem intentum de inequalitate auxiliorum
prævenientium insignis locus est ex lib. 83. quaestio. 9.
68. quam latè supra exposuimus in principio huius
sectionis

Aug. li. 83. q. 9.
68.

42

Sit tandem ultimum Testimonium Augustini
(alia enim omittam, ut iam in re manifestissima multus
esse desinam) ex quibusdam locis, quibus sine hoc præ-

ult. test. ex his
locis q. 69. Aug. ex-
plicat. quid ipse à
Pelag. desideret ut
illi consentiat

venienti auxilio de se efficaci, docet solo auxilio adiuuan-
ti posito, & vocatione praeuenienti, constitui omnia, qua ne-
cessaria sunt, ut de gratia Christi prodignitate sentiamus, ce-
set qz omnis controversia cum Pelagianis.

li. 4. contradu-
as ep. Pelag.
c. 6.

ad posteriores grās
post. i. ponit Aug.
meritum.

Ex his duo sufficiant. Primum locus sit in lib. 4. 43
contra duas Epistolas Pelag. cap. 6. ubi loquens de ipsa prima
gratia (nam ad posteriores gratias, certum est Augustinum con-
cessisse meritum; ait enim Epistola 106. Siquis dixerit quod
gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus,
imo vero gratissime confitemur) De prima ergo gratia sic
ait, quid prodest quod ad gratiam dicunt adiuuare vnus cuiusqz
propositum bonum, hoc sine scrupulo acciperetur catholice dic-
tum, si non in bono proposito, scilicet in proposito recipiendi gra-
tiam meritum ponerent.

Vides in hoc loco eo solum Pelagianos, vel potius
Semipelagianos, ab Augustino reprehendi, quod ultra adiu-
uantem gratiam (quam quidam iam admittebant) non po-
nant aliquam gratiam sine meritis; quam si ponerent, ni-
hil amplius requireret Augustinus. At id praestant, qui ca-
tholice fatentur praequiri primam gratiam praeuenien-
tem, nempe gratiam vocationis, ante omne meritum, & si
ea sit, cui vocatus possit resistere: ergo eo ipso ei consentit Au-
gustinus, neqz ab eis epigit illud auxilium praeueniens, de se
efficax, quod aduersarij confingunt.

de grā d. c. 47

Alter locus est cap. 47 lib. de gratia Christi, ibi. 44
Quapropter quantum attinet ad istam de diuina gratia, &
adiutorio, questionem tria ista, qua apertissime distinxit,
attendite, posse, velle, esse, vel possibilitatem, voluntatem,

O

actione

actionem. Si ergo concesserit nobis (scilicet Pelagius) nō
 solam possibilitatem, in homine, etiamsi nec velit, nec agat
 bene, sed ipsam quoque voluntatem, & actionem id est ut bene
 velimus, & bene agamus, quæ non sunt in homine, nisi quā
 do bene vult, & bene agit, si (ut dixi) consenserit, ipsam
 voluntatem & actionem diuinitus adiuuari, & sic adiuuari
 ut sine vllō adiutorio nihil bene velimus, & agamus, eamque
 esse gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum
 in qua nos, sua, non nostra iustitia, iustus facit, ut easit vera
 nostra iustitia, quæ nobis ab illo est: nihil de adiutorio gratiæ
 Dei quantum arbitror, inter nos controuersia relinqueretur.

45 Certè in hoc loco, ut cesset omnis controuersia, ultra
 possibilitatem, quam nos a Deo accepisse, consentiebat Pelagius, so-
 lum ab eo Augustinus contendit, & actionem & voluntatem diui-
 nitus adiuuari, nec tantum ut facilius ea cum diuino adiutorio
 exerceamus (quod tandem concessit Pelagius) sed sic ut sine illo
 adiutorio, nihil bene velimus vel agamus, neque difficiliter qui-
 dem. Hoc autem adiutorium constituere videtur in uocatione
 qua ad primam voluntatem excitamur, & in concursu gratiæ
 iustificantis, vel gratum facientis, ad reliquas actiones, in qui-
 bus etiam earum electiones includit, ut colligere licet ex præce-
 dentibus. In quibus, ad diuini adiutorij necessitatem comproba-
 dam contra Pelagianos illud Ambrosij testimonium appen-
 derat, quod habetur super illud Lucæ 9. nolite prohibere eg-
 ubi Ambrosius ait. Domini, quos dignatur, vocat, & quem
vult religiosum facit, per gratiam scilicet.

46 Si ergo his positis (quæ quidem & nos posuimus liben-
 tissimè) nulla nobis est controuersia cum Augustino. Quid
 Aduer

eorum qui secundum propositum vocati sunt, quos
 praeiuit & praedestinavit, conformes fieri imagini filij sui
 quam vocationem significans ait non ex operibus sed ex vo-
 cante dilectum est ei, quia major serviet minori, & paulo post
 dixit. Ergo sed ex vocante non quacumque vocatione, sed quae vo-
 catione fit credens. Hanc etiam intuebatur cum diceret sine
 penitentia sunt dona, & vocatio Dei & ad finem capituli repetit
 Sine penitentia enim sunt dona, & vocatio Dei, id est sine
 mutatione, stabiliter fixa sunt. Ad hanc vocationem qui
 pertinent omnes sunt docibiles Dei etiam quia sic vocatus est
 ut crederet, omnes enim docibiles Dei veniunt ad filium. ad
 quod citat illud. omnis qui audiuit a patre & didicit, venit ad
 me. istorum autem (subdit Augustinus) nemo perijt etiam. Et
 cap. 8. agens de gratia, qua praedestinati utuntur, inquit.
 Haec itaque gratia, quae occulte humanis cordibus tribuitur,
 à nullo duro corde respuitur. ideo quippe tribuitur, ut cor-
 dis duritia primitus auferatur, haec non datur omnibus, ideo
 in sequentibus affirmat illud, erunt omnes docibiles Dei
 non de omnibus dicit, sed de his tantum, qui sic vocati sunt
 ut veniant. Et de dono perseverantiae. cap. 14. ibi. Sed h. de dono perse.
c. 14.
 quoniam ut crederent non erat eis datum, etiam unde cre-
 derent est negatum. Ex quo apparet, habere quosdam in
 ipso ingenio, divinum naturaliter munus intelligentiae,
 quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel
 audiant verba, vel signa conspiciant; Et tamen si Dei altiori
 iudicio, à perditionis massa, non sunt, gratiae praedestinatione
 dis

Sectio 17^a

discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta divina, vel facta
per qua possent credere, si audirent utiq; talia vel viderent

ep. 107

Et epistola 107. ad Vitalem, non longe a principio. 4
Si ergo Deus, ita prepararet, ac operaretur hominis volun-
tatem, ut tantummodo legem suam, atq; doctrinam, libero
eius adhiberet arbitrio; neq; vocatione illa alta, & secreta
sic eius ageret sensum, ut eidem legi atq; doctrinae, accom-
modaret assensum, proculdubio non opus esset orare, ut Deus
ad fidem suam infidelium corda converteret etc. Et cap. 5
7. de gratia, & libero arbitrio, eandem vocationem, vocat effi-
caciissimam, ut autem de celo vocaretur, & tam magna &
efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat so-

c. 5. de gratia & lib. arb.

La.

In quo differat vo-
catio eius qui consen-
sit & eius qui resistit

Sed ut haec omnia, & si quae alia eius generis sunt - 6
apud Augustinum breviter explicemus, supponendum est
Deum Optimum, Maximum, priusquam (nostro intelligendi
more) in sua aeternitate determinet qua vocatione hunc
qua illum vocaturus sit, certe, inter innumeros vocandi-
modos, & occasiones praecognovit, non solum, quid qualibet
vocatio ex vi propria virtutis facere posset, & quo usq; persua-
dere vel convincere liberum arbitrium valeret, quo usque
etiam homo libero arbitrio, ei posset, aut consentire, aut re-
sistere, sed etiam praecognovit quid de facto factura esset &
vocatio ipsa, & liberum arbitrium cum illa. Itaq; cognovit
Petrum huic vocationi, tali tempore, & occasione applicat de-
facto consensurum, quamvis ei posset resistere, ac tali etia
vocationi, in eodem tempore, & occasione repugnaturum; non
quod illa fortior sit, haec remissior, cum potius e contra ea
remissior sit aliquando; cui praecognoscat hominem consen-
surum, ea vero fortior, & vehementior, cui praecognovit repug-
natu

naturum, sed quod sic pro libertate arbitrij futurum est, ut cum utriusque consentire, vel utriusque repugnare possit, illi de facto dissentiet, quæ fortior, illi autem consentiet quæ remissior est; & quod futurum est si sic Deus vocaret, & quod etiam futurum est, si aliter vocaret, Deus, præcognovit antequam quicquam de hac & illa vocatione determinet, ut infra copiosè monstrabimus sectione. 40. & 41.

infra sect.

7

His positis, tam facile intelliguntur multa dogmata Augustini, & Sacra Scriptura. In primis intelligitur, eam vocationem, cui præscit Deus hominem consenturum, optimè ab Augustino passim dici vocationem congruam; non quia in se major, vel minor sit, aut diuersæ naturæ, aut virtutis, sed quia talis est in individuo, quæ hic, & nunc congruit homini, & illi est ita attemperata,

Vocatio eiq, q̄ consentit, dicitur congrua ab Aug.

8

ut licet possit ei resistere, de facto tamen consentiat. Et quia supposita præscientia, huius congruitatis, & futuri affectus, certissime talis vocatio consequutura est suum effectum

Vocatio congrua nemo resistit

ideo Augustinus ait, ei neminem resistere*, sed per eam certissime liberari quicumque liberantur. In quibus locutionibus, observandum est, certitudinem eventus non dici per ordinem ad efficiam causæ, quæ impediri non possit: sic enim effectus dicitur necessarius: certus autem, vel incertus, fallibilis, vel infallibilis dicitur, solum per ordinem ad cognitionem, vel scientiam; certitudo enim, & infallibilitas, proprietates sunt, per se primo convenientes scientiæ. Ex hac etiam infallibilitate, & certitudine effectus, dicitur ~~sepe~~ vocatio secundum propositum, eo quod ratione prædictæ congruitatis, & infallibilitatis in assequendo effectum recte consentiat

* De prædestina. Sancti. c. 8.

† De dono perseverantia, cap. 14.

9

effectus dicitur necessarius per ordinem ad causam, infallibilis autem per ordinem ad scientiam.

eff. dicitur necessarius per ordinem ad causam, infallibilis autem per ordinem ad scientiam.

10

vacatio secundum propositum, eo quod ratione prædictæ congruitatis, & infallibilitatis in assequendo effectum recte consentiat

Vocatio sicut propositum quælibet?

triat

tia cum proposito Dei, quo vult, hominem sic vocatum saluum fieri, siue voluntate generali, siue particulari (quod non est huius disputationis) ad differentiam vocatio-
nis reprobis, qui resistit, cuius vocatio non est secundum pro-
positum, hoc est, non est congrua ad assequendum proposi-
tum, quo Deus antecedente voluntate vellet etiam hunc
saluum fieri. Insuper dicitur efficax eadem vocatio congrua
vel ratione propria congruitatis, ex qua praecognoscitur à
Deo habitura effectum, ut videtur sententia Bellarmini
lib. 1. de gratia & lib. arbit. cap. 12. vel ut alij malunt,
efficax dicitur, ratione actualis consecutionis effectus, quem ha-
bitura est, & excitando per modum causa moralis, & efficiē-
do, per modum cause physicae; differentia videtur potius de
nomine quam de re, & non magni momenti, ad intelligen-
tiam Augustini, dum tamen illud constans sit, non ideo
eam vocationem dici efficacem, quod ex natura sua determi-
net sic voluntatem, ut non possit hac resistere. Quod autem
aliquando[†] eadem dixerit Augustinus efficacissimam, nō
ideo dictum intelligatur, quod nulla ratione ei resisti potu-
erit; sed loquebatur tunc specialiter Augustinus de vocatione
Pauli, quam efficacissimam dixit, propter vehementem eius
virtutem & insignem effectum. At quod aliquando ut
cap. 14. de dono perseverantiae & q. 2. lib. 1. ad Simpli-
cianum dicit Augustinus, sine hac congrua electorum vo-
catione neminem posse credere, vel saluari, certe ut ex con-
ceptu constat, non intelligitur de impotentia simpliciter, sed
de impotentia ex suppositione ipsius praescientiae Dei, & conse-
quenter, ex suppositione determinationis defacto futurae ipsius
liberi arbitrij: supposito enim quod Deus praecognoscit om-

voca congrua cum
dica^x efficax

Bellar.

† lib. de gratia & libero
arbit. c. 9.

sine congrua voca-
tione neminem posse cre-
dere cur dixit Aug.

ii

12.

nes vocationes, cum quibus defacto Petrus crederet ex
suppositione, quod illis solis crederet & non alijs, certe dum
dat ei quamlibet aliarum, & non aliquam ex illis, non po-
terit credere. At hac suppositio non inducit necessitatem
antecedentem, sed consequentem, nam & illud præsciuisse
Deum ideo est, quia defacto ita ex determinatione futura
liberi arbitrij est futurorum, quod si non futurorum esset
negz Deus præsciisset, vt Augustinus S. de Ciuitate Dei
cap. 10. & alijs in locis loquitur

13 Præterea dicimus, insignem Dei gratiam esse sic
quempiam vocare, vt vocantem non contemnat, & hanc
esse præcipuam gratiam prædestinationis, secundum quam
Deus, vt sæpè Augustinus, cuius vult miseretur, quia illi
14 dat, non solum vnde possit credere vel conuerti, sed vnde de
facto credat, vel conuertatur, imò mediante illa vocatione
dat ei ipsam fidem, vel ipsam conuersionem, vt iam ex
positum est sectione 6. à n. 4. Alteri autem cui non dat talē
vocationem congruam, dat quidem vt possit credere, non
tamen vt credat, vel vnde credat defacto. iuxta illud de
dono perseuerantiæ cap. 14. quia vt crederent, non erat
eis datum, etiam vnde crederent, est denegatum. Et ex
15 his intelligitur Locus ille Joan. 6. omnis qui audiuit,
à Patre, & didicit, venit ad me; quasi dicat, vt ait Augusti-
nus 8.º de Prædestina Sanc. Nullus est qui audiat &
discat à Patre, & non veniat ad me: loquitur enim solum
de ea vocatione congrua, qua ita Deus loquitur & docet, vt
tamen homo discat per assensum, scilicet fidei & audiat,
per obedientiam scilicet, vt in cap. 14. de dono perseueran-
tiæ

in signis grā sic quem
piam vocare, vt vocan-
tem nō contemnat.

ei q credt dat deo
vnde credat 2a vo
ca⁹ congrua; ei,
q nō credit negat
Deo vnde credat.

de dono perseu.
c. 14.

Joan. 6.

Aug. 8.º de Prædest. 5.

de dono perseu.
c. 14.

Isai. 54

tia; & secundum hanc rationem addiscendi eodem cap. 8. de predestina. 5^o. explicat illud Isayę 54 erunt omnes docibiles Dei, seu ut nostra litera habet ponam vniuersos filios tuos doctor à Domino. per vocationem scilicet congruam; nam ibi loquitur Propheta de solis filiis Ecclesie, qui ad illam veniunt per fidem viuam, alias omnes vocat Deus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sic etiam intelligitur illud. omne quod dat mihi Pater ad me veniet; illud è contra, nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. Etenim licet omnibus per vocationem generalem dederit Pater, ut possint credere vel venire ad Christum, sola tamen vocatione congrua dat credentibus, vel venientibus, ut de facto credant vel veniant. Unde sola illa vocatio congrua quatenus efficax est, cooperante libero arbitrio, habet rationem dantis fidei homini, vel consequenter, ea sola habet rationem dantis hominem fidelem Christo, vel trahentis illum, ut verum sit. Omne quod dat mihi Pater etc. Et hac ratione hac singularis gratia vocationis congrua, petenda est à Deo pro non credentibus. & pro illa, tamquam pro singulari beneficio agenda gratia sunt à credentibus. Vide Augustinum prædicto cap. 8. de predestinatione sanctorum. Et his interpretationibus optime conueniunt, quæ in eorundem locorum interpretationem docet Molina disputatione 12 sua concordia ad art. 13 questionis 14^æ.

16

grà vocat congrua petenda est à Deo.

c. 8. de præd. s.

Molina.

differentia credentis à non credente quo modo reducatur in Deum? max. ex f. credentis.

Demum ex dictis intelligitur quomodo differentia credentis à non credentis, licet in quodam ordine reducatur in ipsum liberum arbitrium credentis, & non credentis.

17

P.

credentis

Sectio 17^a

credentis, tamen absolute, tamq̃ in primam ra-
 dicem hæc differentia præsertim ex parte credentis reducē
 da est in ipsum Deum, quia licet uterq̃ habuerit liberum
 arbitrium, quo vocatus consentire potuisset vel dissentire, &
 qui consentit liberè consentiat, tamen ut vocatus sit ea con-
 grua vocatione, cui consensus erat, & quod vocatione con-
 grua, alter non fuerit vocatus ex sola Dei voluntate pendens
 fuit. Unde & Augustinus lib. 83. questionum q. 68. Aug. li. 83. qq.
q. 68.
 in fine, recte ait. Hæc vocatio, quæ vel in singulis homini-
 bus, siue in populis, atq̃ in ipso genere humano, per tempo-
 rum opportunitates operatur, altæ & profundæ ordinati-
 nis est. Nam ut idem ait questione 2. ad Simplicianū q. 2. ad Simpl.
non longe à fine. Quis habet in potestate, tali viso attingi
 mentem suam, quo eius voluntas moueatur ad fidem?
 quia igitur Deus non casu quodam, sed summo consilio
 & singulari providentia, huic homini applicuit tale visū
 quo eius voluntas moueretur ad fidem, alteri vero vi-
 sum applicuit, quo non moueretur, ideo utriusq̃ diffe-
 rentia, indiuinam electionem, tamq̃ in primam radi-
 cem reducenda est. Quæ ratione frequenter Augustinus voluntates eliguntur
a Deo.
 dicit, voluntates eligi à Deo. vide illum ^{eadem} questione 2^a
 circa finem. ibi. restat ergo ut voluntates eli-
 gantur etq̃

68

Dixi hanc differentiam reduci in Deum, præser-
 tim ex parte credentis, quia ex parte non credentis, &
 resistentis, potius reducitur in eius liberum arbitrium,
 ut sæpè docet Augustinus: quia licet eum Deus non vo-
 cauerit congrua vocatione, eam tamen ei vocationem
 con

sectio 17^a

concessit, quæ ex natura sua ordinabatur, ad consensum exigendum; Imo & ipse Deus vocans, id intendebat ut vocatus consentiret, non eum necessitans, sed si vellet; quod autem præscierit ipsum non consensurum, non fuit in causa, ut ipse non consentiret. Adhuc tamen quodammodo etiam ex parte non credentis reduci potest in Deum illa differentia, quatenus (ut ait Augustinus, prædicta questione 2^a in medio, voluit Deus misereri, ita quidem ut non ab illo irrogetur aliquis, quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non erogetur, idq; non casu, sed ex consilio & providentia; ut enim paulo ante dixerat de Esau. quis audeat dicere defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemq; coniungeret, in qua Jacob iustificatus est; & post pauca rem totam explicans, inquit. Cum Deus deserit, non sic vocando, quo modo ad fidem moveri potest, quis etiam dicat modum quo ei persuaderetur, ut crederet, etiam omnipotenti defuisse?

q. 2. li. i. ad Simp.

vocæ congrua cur
dicitur alta esse
creta,

Tandem observandum est, eam gratiam congruæ vocationis, vocari ab Augustino altam, id est occultam & secretam. Et epistola 107. de prædestinatione sanctorum, cap. 8. tum quod occultissimum sit, quænam vocatio congrua sit futura, quæ vero non, ad eum ut antea effectus existat in tempore solus Deus id possit cognoscere; tum maxime quia etiam hac præscientia supposita in Deo multo magis occulta sit ratio, quare Deus elegerit vocare Petrum. v. g. vocatione congrua, non sic Joannem: hoc enim est absconditum mysterium divi
nd

nae praedestinationis, de quo nihil tutius dici potest, quam illud Pauli. O altitudo divitiarum, Sapientiae, & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius etq; Illud solum certum esse potest. Et ut Augustinus lib. 83. quaest. 68. in fi. Illud constantissima fide retinendum nihil Deum iniuste agere, qui ut absolutus Dominus, cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Nec tamen deijciendus est animus ut dicat quis. quid adhuc quaeritur, voluntati eius quis resistet: quamvis enim verum sit, nulla hominum industria impediri posse divinam praedestinationem, vel reprobationem, propter infinitatem divinae praescientiae, & potentiae, quibus praescit & potest eum, cuius miseretur, vocare congrua vocatione, cui de facto consentiat; haec tamen vocatio aut praescientia, nullam imponunt homini necessitatem, sed dum ei consentit, libere consentit, cum tamen integrum sit illi resistere. Et ideo Deus congruam illam vocationem praenovit futuram efficacem, quia praenovit ipsam habituram effectum, voluntate libere cooperante, & consentiente.

li. 83. qq. 9. 68.

animus deijciendus non est.

20.

Ut iam igitur huic difficili tractationi finem ponamus, opere praetium erit nonnulla verba Augustini praedicta quaestione 2. ad Simplicianum lib. 1. ante oculos ponere, quae breviter mysterium congruae vocationis simul, atq; expedite docent, itaq; sic habent. Verum est ergo; Multi vocati, pauci vero electi. Illi enim: electi, qui congruenter vocati: illi autem qui non congruebant, neq; contemperabantur vocationi, non electi

q. 2. ad simpl.

21

ti

Sectio 18^a

ti, quia non secuti, quamvis vocati. Item verum est; nō
volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei: quia etiā
si multos vocet, eorum tamen miseretur quos ita vocat
quomodo eis vocari aptum est vt sequantur. falsum est ta-
men, si quis dicit; igitur non miserentis Dei, sed volentis
atq; currentis est hominis: quia nullius Deus frustra mi-
seretur: cuius autem miseretur, sic eum vocat quomodo sicut
ei congruere, vt vocantem non respuat eth. Videnda
est tota illa questio Augustini, in qua ex alte rem totā
explicat, & vt supra diximus eam ipsam commendat Au-
gustinus 3. de predestinat. & sanctor. ijs qui voluerit
cum illo, in diuina gratia cognitione proficere.
vt enim subdit in cuius q. solutio elaboratum est pro lib. arb. volunt. Hum^{na}, sed dicit gratia dei. Camd. questi-
onem commen-
dat li. de bono
perseu. c. 20. et
plenius. c. 21.

E A D E M . C O N

clusio secunda sectio

nis quartæ, probat

testimonijs =

S. Thomæ

Sectio decima octaua

Post Augustinum, merito Theologorum Scho-
la D. Thomam, qui inter Ecclesie Doctores dignissime
connumeratus est, colit ac veneratur; nec ab eius senten-
tijs quengz facile discedere permittit. At sunt nonnulli,
qui quodam religionis pretextu ita non solum verbis D Tho-
mæ, sed etiam eorum interpretationi, quam ipsi met-
semel legitimam existimarunt, sunt addicti, vt parū
illis

illis videatur, reliquorum Patrum sententias, si his eorum placitis, quæ ex S. Thoma auspicari sibi visisunt, repugnet, prætermittere: audeantq; Concilijs sacris eas interpretationes adhibere, quæ illusiones potius quam interpretationes alicui forte videantur. Ut ergo cum ipsis proprijs eorum telis agamus, esto post exploratam mentem Augustini, imo & post irrefragabilem Sacri Concilij Tridentini auctoritatem propositam, superflua sit omnis disputatio; ostendendum nobis est, conclusionem nostrâ ipsissimam esse S. Thomæ sententiam.

2 Primo igitur à posteriori satis aperte diducitur non agnovisse S. Thomam eam antecedentem præmotionem de se efficacem, quæ docent adversarij, Deum præmovere omnes causas liberas, seu contingentes, ad earum effectus; quia si hanc præmotionem agnovisset, invenisset facile scientiam certam futurorum contingentium, quam isti ponunt in Deo, ratione efficaci præfinitionis & prædeterminationis suæ voluntatis, vocantq; scientiam prædeterminationis, quam tamen non agnovisse S. Thomam. constat satis ex l. p. q. 14. ar. 13. ubi cum ex proffesso querat, utrum in Deo sit scientia futurorum contingentium, & modum & rationem huius scientiæ invenire conatur, non aliam rationem adinvenit agnitionis infallibilis futurorum contingentium, præter cognitionem eorum prout sunt Deo presentia. Nec refert, quod in medio corporis dixerit. Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unumquodq; horum, est actu in se ipso, quasi supponat

1^m testimonium
S. Thomæ existentiæ futurorum
contingentium.
1. p. q. 14. a. 13

Explicatio aduersariorum

Deum

Sectio 18

Refellitur qd dicitur
explicatio

Deum etiam cognoscere contingentia, in causis. Respo-
detur enim D. Thomam ibi, ut ex antecedentibus constat
non loqui de cognitione contingentium in causa determi-
nata, vel determinante ipsa futura contingentia, qualis
esset illa voluntas efficaciter prae-determinans, sed de cog-
nitione contingentium in causa nō determinata; ac pro-
inde de cognitione incerta; sic enim ait. Unde quicumqz
cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum,
non habet de eo, nisi coniecturalem cognitionem. Cum
ergo S. Thomas supponit Deum habere cognitionem co-
tingentium prout sunt in suis causis, non vult loqui de
cognitione futuri contingentis, prout determinate futurū
est, id est, de cognitione qua iudicet hic effectus est futurus;
haec enim coniecturalis est, ac proinde reperiri nequit in Deo
Loquitur autem D. Thomas, solum de cognitione contingen-
tium formaliter, prout contingentia sunt, id est, de cog-
nitione ipsius contingentiae, qua scilicet iudicat futura illa
ex vi causarum non esse determinata, sed contingentia:
Porro cum S. Thomas concludit articulum loquens
de cognitione infallibili & determinata, illius futuri
contingentis secundum se, non meminit illius cognitio-
nis in causa, sed sic concludit. Unde manifestum est
quod contingentia & infallibiliter à Deo cognosca-
tur in quantum subduntur divino conspectui secun-
dum suam presentialem, Et tamen sunt futura co-
tingentia, suis causis comparata.

Sciō Deū esse nō posse
terminare fut. Contig.
est in causa illarū

Nec obstat quod artic. 8. docuerit S. Thomas.
Scientiam Dei esse causam rerum, ut dicatur ex

Senten

Sententia S^{ti} Thomae scientiam Dei praedeterminare effectus contingentes: aliud enim est, scientiam esse praedeterminantem, aliud vero esse causam totius futuri contingentis simul efficientem cum ipsa causa contingenti & libera, cui voluit integram suam libertatem servare; ex his ultimū docuit S^{ti} Thomas praedicto articulo 8. non primum. Vide Ludovicum de Molina, in concordia super eundem articulum 8^m & super articulum 13 eiusdem quaestionis 14^a disputatione 50.

4 2^o S^{ti} Thomam non agnovisse has efficaces praemotions, & praedeterminationes, habetur manifeste ex distinctione voluntatis divinae in antecedentem, & consequentem, & ex utriusque differentia, quam ex Damasceno 2^o fidei orthodox. cap. 29. accepit S^{ti} Thomas 1. p. q. 19. ar. 6. ad 1^m. & 2. d. 47. q. 1. ar. 1. & quidem voluntatem antecedentem docet eam esse, quae non respicit effectum ^{secundum} omnes circumstantias sed quasi abstracti; in quo differt a consequenti. & ex hoc sumitur argumentum. Si voluntas antecedens abstracti a circumstantiis & praecipue a determinatione liberi arbitrii: ergo quod fit voluntate antecedenti, non est praedeterminatum a Deo. Duo possunt responderi 1^m est voluntatem antecedentem nunquam adimpleri 2^m non adimpleri nisi fiat consequens. Sed prima responsio falsum assumit, ut satis aperte colligitur ex ipso S^{ti} Thoma, qui non dicit, voluntatem antecedentem, nunquam adimpleri, sed posse non adimpleri, supponens =

2^m testimonium S^{ti} Thomae ex distinctione voluntatis antecedentis & consequentis 1. p. q. 19. ar. 6. & 2. d. 47. q. 1. ar. 1.

Damas.

secundum

Duplex responsio adversa sent.^a

1^a refellitur. voluntas antecedens Dei aliquando adimpletur

manifeste aliquando impleri.

Damasceus

Sed expressius Damascenus, quem, non dubium est sequi D Thomam in hac distinctione, postquam docuit voluntatem Dei distingui, in antecedentem, & consequentem, respectu eorum quae in nobis sunt, ita ut bona simpliciter, ad voluntatem antecedentem pertineant; bona autem, ex suppositione peccati, scilicet mala afflictionis, ignominiae, & pœnae, ad voluntatem consequentem, dicit. Eorum autem, quae in nobis sunt, si bona quidem, praesertim antecedenterq; vult, & acceptat (scilicet Deus) ecce voluntas antecedens adimpletur in bonis, quae de facto in nobis sunt, id est, in nostra libertate, cum tamen iuxta D. Thomam, non respiciat rem, secundum omnes circumstantias, sed abstrahat ab illis, praesertim, ad determinationem liberi arbitrij, respectu cuius, potissimum dicitur antecedens iuxta Damascenum, & D. Thomam.

2^a solutio refellitur.

Quod si dicatur iuxta secundam responsionem, antecedentem voluntatem adimpleri, sed fieri quidem consequentem; in primis, id expressè est contra Damascenum, cuius Sententiam sequitur D Thomas, quia Damascenus nullam ponit voluntatem consequentem respectu eiusmodi bonorum, sed tantum respectu bonorum ex suppositione.

Adde quod si voluntas antecedens consentiente nostro libero arbitrio fit consequens, certè dicitur antecedens & consequens respectu determinationis nostri arbitrij & Damascenus expresse ait. Voluntas sequens, ex nos

Q

tra

16
195
6i
tra causa, existens. Est ergo consequens ut supponit
nostram determinationem, & antecedens, ut abstrahit ab illa.
Igitur nulla est prædeterminans voluntatem efficaciter, ali-
as si prædeterminaret esset omni ratione antecedens.

Imo si D. Thomas posuisset voluntatem divinam præ-
determinare omnes actus voluntatis create, omnis prorsus
voluntas esset antecedens & nulla consequens, quod omni-
no pugnat cum D. Thomæ doctrina.

20
Tertio iam agamus verbis expressis D. Thomæ. in
primis, ep 1. 2. q. 9. ar. 6. ad 3. sic habet. Deus movet vo-
luntatem hominis, sicut uniuersalis motor ad uniuersale
obiectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac uniuersali
motione, homo non potest aliquid velle, sed homo per rationem
determinat se ad volendum hoc vel illud quod est vere bonum
vel apparens bonum, sed tamen interdum specialiter Deus
movet aliquos ad aliquid determinate volendum quod est bo-
num, sicut in iis quos movet per gratiam.

3^m testimonium S.
Thomæ ex 12. q. 9
ar. 6. ad 3.

Circa hunc locum supponendum est D. Thomam
proculdubio loqui de motione actuali Dei, non quatenus ipsa
motio voluntatis tribuitur Deo, ut auctori propria inclina-
tionis ad bonum, vel ut conservanti actu, eandem inclinati-
onem, sed quatenus præter hæc omnia, habet aliquem actu-
alem influxum, ut facile patet ex contextu totius articuli.

Hoc supposito, duo docet D. Thomas, in quibus summa
nostræ sententiæ continetur. Primum est, motionem actu-
alem Dei ut primi, & uniuersalis motoris, hoc est, concursu
primæ causæ, ut est ab ipsa primæ causæ vel uniuersali mo-

Sectio . 18

tore solum respicere bonum in communi, atq; adeo hunc
 concursum, ut a prima causa esse indifferentem de se, & non
 determinatum ad aliquod bonum in particulari. Unde et
 vocat D. Thomas hunc concursum, motionem vniuersalem
 ibi. Et sine hac vniuersali motione etc. 2^m huic consequens
 est determinationem actus ad bonum particulare. pertinere
 ad ipsum hominem, quatenus ex consilio rationis se deter-
minat (ut inquit D. Thomas) ad volendum hoc vel illud,
quod est vere bonum vel apparens bonum.

1^a responsio aduer-
 sariorum

Ad hoc manifestissimum testimonium D. Thomae
 dupliciter responderi potest. Primo respondent aliqui, D.
 Thomam eo solo tribuere homini, ut per rationem se deter-
 minat, quod homo operetur per discursum, mouens se ex in-
 tentione finis & consultatione ad electionem medij determi-
 nati, iuxta ea quae dixerat art. 3. eiusdem questionis.

refellitur 1^o

At haec interpretatio proculdubio nulla est. Primo
 quia hic manifeste condistinguit hoc, quod est, hominem
 se determinare, ab eo quod est determinari a Deo
 primo motore, etiam in ordine ad eundem actum, quia
 illam non determinatam, sed vniuersalem motionem
 primi motoris, ad quemlibet actum docet esse necessariam.
 ibi. Et sine hac speciali motione homo non potest aliquid
velle. Igitur non loquitur D. Thomas solum de deter-
 minatione, ut dicit facultatem eligendi ex consultatione
 etc., haec enim ratio, se determinandi, non opponitur
 determinationi Dei, ut ipsi aduersarij dicunt: nam
 etiam voluntas dum eligit determinatur a Deo sed
 loqui

11

12

Loquitur quidem de determinatione, quam disputa-
mus, [†] Haerit hominem, non determinari ex concursu
Dei, qui vniuersalis est, & indifferens; sed ipsum hominem
sed determinare in particulari ad determinatum actum, p-
sum determinatum influxum. 2^o. refellitur eadem
solutio, quia si S. Thomas solum tribueret homini sub-
nomine illius determinationis facultatem eligendi ex con-
sultatione etq, impertinens esset illa exceptio, quam facit in
vltimis verbis eorum, quos Deus mouet specialiter per gratia
ad aliquid determinate volendum; nam etiam in his relin-
quit homini facultatem consultandi & eligendi, ut certo cons-
tat: nec ergo in ijs Deus determinaret hominem, sed ipse
homo sed determinaret, si nomine determinationis solum in-
telligeretur illa facultas eligendi.

At ex his oritur 2^a. interpretatio, qua dicere possent
aduersarij, testimonium D. Thomae, saltem non esse intelligen-
dum in actibus supernaturalibus, ad quos expresse docet D. Thomas
Deum determinare voluntatem hominis -

Respondeo, in primis iuxta hanc interpretationem pe-
rire aduersarij potissimum fundamentum sua sententiae,
nempe hanc praedeterminationem, quam ipsi adstruunt, oriri
ex ipsa ratione prima causa, cuius proprium est (inquiunt)
promouere, & praedeterminare. Quod si solum Deus promo-
uet ad actus supernaturales, & non ad naturales etiam si-
mali sint, ad quos tamen concurrat ut prima causa; certe
proprium concursus prima causa non est per promotionem
& praedeterminationem. Hinc etiam infero motionem
illam, qua D. Thomas dicit Deum mouere specialiter
ad

Refellitur 2^o. a
sim 1^o. responsio

2^a. responsio

Refellitur

Refellitur

† ut si dicitur efficace
euenitabilis
determinatio ad
vnum.

13

14

15

16

Sectio. 18.

aliquid determinate volendum eos quos mouet per gratiam, non esse motionem Dei, ut est causa prima, nam illa motio est particularis; motio autem causa prima ut ibi inquit S. Thomas, est vniuersalis. Vnde & præter illam motionem particularem Dei, ad eisdem actus super naturales, ponenda est motio vniuersalis, nam & illi actus pendent à causa prima, cum sint entia creata, & vniuersaliter dicat S. Thomas. ibi. Sine hac vniuersali motione, non potest homo aliquid velle. Igitur cum S. Thomas dicit Deum mouere specialiter aliquos, ad aliquid determinate volendum, ut in his quos mouet per gratiam, non dixit eos prædeterminare efficaciter, sed tantum dixit, mouere specialiter, ad aliquid determinate volendum quod verissimum est, & in his quos sanctis inspirationibus vel etiam, inclinatione infusorum habituum, mouet ad bonum supernaturale, quod est determinatum respectu boni in communi, imo & ad particulares actus, specialium virtutum; imo & verum est in aliquibus alijs, quos mouet Deus, ad bonum honestum naturale incitando ad illud inspirationibus quibusdam eiusdem ordinis, ut contingit in primo actu, quo voluntas excitata incipit velle aliquem finem honestum; qua ratione illa prima voluntas tribuitur Deo iuxta S. Thomam eadem questione 9. art. 4.

At eiusmodi motiones licet inclinent, vel moueant hominem, ad aliquid determinate volendum, inclinant tamen sufficienter, & non efficaciter de se nisi libere consentiente & se determinante voluntate, quæ potest re-

sistere. In cuius confirmationem.

4. Testim. ex. 12.
9. io. a. f.

17

4^o ponderanda sunt verba questionis decimae artic. 4. ibi: Sicut Dionisius dixit 4. cap. de diuinitatibus, ad prouidentiam diuinam, non pertinet, naturam rerum corrumpere, sed seruare; unde omnia mouet secundum eorum conditionem etc. Quia igitur voluntas est actuum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam mouet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his, ad quae naturaliter mouetur. Ecce expresse asserit D. Thomas quod Deus non ad unum determinat, quin potius ita mouet, ut remaneat motus voluntatis contingens & non necessarius; & ut est manifestissimum in littera, loquitur de necessitate vel contingentia, etiam ex suppositione antecedenti, & sensus est, quod Deus non ita mouet voluntatem ut determinatio sit ex motione Dei antecedenti; sed relinquit ipsi voluntati facultatem se determinandi, ita ut antequam ipsa voluntas ex se ipsa se determinet, semper remanet illi sensus altus contingens, & non necessarius, hoc est, remanet illi liberum, habere, vel non habere talem actum.

Dionis.

18

Quod autem, dicere possent aduersarij, quod loquitur ibi de necessitate absoluta, & manifeste est contra ordinem litterae, quae loquitur solum de necessitate, quae ordiri posset provenire ex actuali motione, & determinatione antecedente Dei, atque adeo non de necessitate absoluta,

Responsio aduersarij refellitur

quod

Sectio 8

quæ non resultat ex suppositione alicuius actualis motionis, sed ex intrinseca determinatione ipsius potentia; & etiam est impertinens ad intentum articuli, qui solum querit (ut constat ex titulo) de necessitate proveniente ex actuali motione Dei, supponens ex precedentibus voluntatem de se non esse potentiam necessariam, sed liberam; & per se est adeò evidens, potentiam de se liberam, non posse contrahere necessitatem simpliciter, ab aliqua exteriori motione in ordine ad alium, respectu cuius de se non est simpliciter necessaria, ut non sit credibile, id disputas se ex professo D Thomam, in prædicto articulo.

Nam prædictum
testim. etiam proce
dere de actibus super
naturalibus

Insuper observandum est, pro his quæ diximus in fine applicationis præcedentis testimonij, doctrinam huius articuli esse universalem, ut comprehendat etiam actus supernaturales; quod constat, tum ex parietate rationis D Thomæ, quia etiam in supernaturalibus se accommodat Deus conditioni ipsius voluntatis, quæ est potentia indifferens est; tum etiam quia universaliter concludit manere voluntati suam contingentiam in omnibus actibus, nisi in his ad quæ naturaliter movetur.

5^m testimonium ep 3^o
contra gentes. c. 90

Quinto eadem mens D Thomæ satis constat ex 3^o contra gentes cap. 90. ubi exponens quædam testimonia Sacre Scripturæ Ecclesiast 15. & Deutero. 30 quæ docent Deum homini proposuisse bonum & malum ut ipse elegeret & Gregorij Nissenii 8. Philosophiæ cap. 8. & ultimo dicentis. Providentia est eorum quæ non sunt in nobis, non autem eorum quæ sunt in nobis. &

Grego^m Nisse^m & Da
masse^m quomodo inter
pratentur S Thø.

Damas

Et Damasceni de fide orthodox. lib. 2. cap. 30 dicentis
ea que sunt in nobis Deus prænoscit, sed non determinat.
 Quæ omnia affert D. Thomas contra se ut probet electiones
 humanas non subdi diuinæ providentiæ; et respondet
 D. Thomas sic. Exponenda sunt (scilicet prædicta testimo-
 nia) ut intelligantur ea que sunt in nobis, diuina deter-
minationi non esse subiecta, quasi ab ea necessitatem ac-
cipientia. Vbi proculdubio non loquitur de necessitate sim-
 pliciter, ut fortè exponant aduersarij, sed de necessitate ex
 suppositione antecedenti, quam negat provenire voluntati
 ex determinatione diuina; nam alia necessitas, omnino
 impertinens erat ad propositum, & aliena valde ab in-
 tentione Gregorij, & Damasceni, quorum menti creden-
 dus est conformari D. Thomas, cum eis non contradicat:
 sed exponat, & expositionis verba in sua proprietate, & con-
 sequentia id exposcant. Est ergo sensus D. Thomæ. Ea
 que sunt in nobis (id est actus nostros liberos) subiecta esse
 diuinæ determinationi sufficienti, scilicet, quatenus
 Deus præceptis & exortationibus, & alijs medijs sufficien-
 tibus que exposita sunt supra testim. 3. ita mouet suf-
 ficienter ad bonum determinatum, ut tamen possit vo-
 luntas resistere, non tamen subiecta esse determinationi
 diuinæ de se efficaci, & que imponat necessitatem ex sup-
 positione antecedenti ipsius determinationis, cui proinde
 voluntas non possit resistere. Et huc etiam videtur per-
 tinere interpretatio eiusdem loci Damasceni 1. p. g. 23
 artic. 1. ad 1. si sincerè accipiatur. ibi, Dicendum quod
Damascenus nominat prædeterminationem impo-
sitio

21

Expositio quadam
refellitur

Supra. n. 16.

22

Damascen.
S. Th. i. p. g. 23.
ari. ad i. m. l. p. 19
lat. Dam.

Sectio 18

sitionem necessitatis sicut ~~est~~ in rebus naturalibus -
que sunt prædeterminatæ ad unum: non enim ut qui-
dam volunt loquitur de necessitate absoluta ex naturali
potentia determinatione ad unum, quia hæc omnino est
contra mentem Damasceni, & impertinens ad propositum
D. Thomæ; sed loquitur de impositione necessitatis ex suppo-
sitione antecedenti actuali prædeterminationis, quam ex-
clusisse sufficiebat proposito D. Thomæ; qui ut infra ostende-
mus non posuit ad certitudinem prædestinationis esse ne-
cessariam prædeterminationem actuum humanorum in
particulari, eo quod hæc induceret necessitatem, sed putavit
sufficere prædeterminationem actuum in communi, quæ
nullam inducit necessitatem etiam ex suppositione respectu
actus particularis & determinati, atq; adeo nec tollit liber-
tatem prædestinatorum. Quod autem attulerit exemplum
ex determinatione rerum naturalium, non ideo fecit ut
doceret, Damascenum loquutum fuisse de determinatione
omnino naturali, sed comparat utraq; necessitatem seu
determinationem, in eo, quod utraq; est vera necessitas ex-
cludens libertatem. Et sic videtur intellexisse S. Tho-
mam Ferrarum in prædicto cap. 90 contra gentes: qui in-
tantum dicit actus liberos subiectos esse diuinæ providentiæ
in quantum sortiuntur rectitudinem ex regula diuina
scilicet ex diuina lege, qua tamen supposita, non resul-
tat voluntati necessitas, sic, vel sic eligendi etc.

Exemplum de determinat.
causarum naturalium
ad quid deserviat

ferrara.

Sexti testimonium ex
opusculo de præscien.
prædicto S. Tho.
docet. l. motione l. c. ad
non imponere necessita-
te voluntati

Sexti eandem sententiam satis aperte docet D. Tho-
mas in opusculo de præscientia, & prædestinatione, quod in
aliquibus voluminibus habetur post primam partem;

R

in eo

in eodem igitur opusculo cap. 4. duo docet. Primum est prima causa motionem & virtutem non imponere necessitatem voluntati, eo quod moneat voluntatem secundum modum ipsius voluntatis, & quod effectus sequat conditionem ipsius voluntatis, quae est causa proxima, cuius conditio est, ut operetur contingenter; huius sensus proculdubio est, Deum sic mouere voluntatem, ut non illam praedeterminet, sed ut praesto sit suo vniuersali concursu ad concurrendum cum eadem voluntate, cum ipsa se determinauerit. Unde licet illa Dei voluntas, & vniuersalis virtus causa prima, de se inuariabilis sit, ad huc tamen effectus contingens est, quia non habet determinationem ex ipsa causa prima inuariabili, sed ex ipsa voluntate creata, quae contingenter operatur, cuius causa de se indifferens & libera, quae pro libito se determinat modo ad hoc modo ad illud. Hanc autem esse mentem D. Thomae constat Primis ex exemplo quod adducit de motu solis, qui est causa fructificationis arboris, simul cum ipso arbore, tanquam cum causa proxima; & ideo quauis motus Solis impediri non possit, sed sit inuariabilis, adhuc fructificatio potest impediri, per impedimentum virtutis generatiuae ipsius arboris; & similiter inquit, etiam scientia Dei licet sit inuariabilis causa omnium, effectus tamen producuntur ab ipsa per operationes causarum secundarum, & ideo mediantibus causis secundis necessarijs producit effectus necessarios & mediantibus causis secundis contingentibus producit effectus contingentes. Itaque vult D. Thomas quod

† idem 1. p. q. 14
ar. 13. ad 1. m. 2.
1.º 3.º gen. c. 67
ra. 6.º.

quod sicut in rebus naturalibus causa vniuersales
 solum concurrunt concursu communi & de se indifferen-
 ti ad omnes effectus, & nihil praeuim imprimunt causae
 particulari contingenti quod ita determinatum sit & ita
 determinet causam particularem ad effectum, ut non possit
 de facto effectus impediri ex contingencia vel defectu ipsius
 causae particularis, ita etiam ad actus Liberos voluntatis
 creatae concurrat Deus concursu vniuersali & indifferenti
 neq; imprimat aliquid voluntati, ita efficaciter ipsam
 praedeterminans, ut etiam illo posito non possit effectus
 impediri ex sola libertate voluntatis 2^o. constat hanc esse
 mentem S. Thomae ex eo quod diximus 2^o. docere S. Tho-
 mam in hoc capite. de quo statim dicemus.

26

Enimvero quia ex praedicta doctrina manet (ut in-
 quit S. Thomas) maior dubitatio de infallibilitate diuinae
 praesentiae, quia licet prima causa possit stabili esse cum
 defectu causae 2^{ae}. scientia tamen Dei, non potest stare cu
 defectu causae secundae, non enim potest esse quod Deus sci-
 at simul hominem currere & ipse deficiat a cursu, & hoc
 est propter certitudinem scientiae ipsius. Ad hoc ergo quod
 sit certa scientia, oportet inuenire aliquam certitudinem
 in re scita.

28

Ex quibus verbis in primis habetur manifeste S.
 Thomam loquutum fuisse in sensu composito, cum docu-
 it causam secundam deficere posse opposita vniuersali
 motione causae primae, eo quod illa de se sit vniuersalis &
 indifferens: Et inde consurgit difficultas in scientia, res
 pectu cuius non potest stare in sensu composito, quod Deus
 sciat

27

sciat effectum, & effectus deficiat. Deinde habetur ex
eisdem verbis, ex parte causa prima nihil precedere de
terminationem voluntatis creatae, vel cuiuslibet causa
contingentis, ratione cuius possit Deus certo scire effectum
atq; adeo non precedere determinationem aliquam effi-
cace primae causa, & ideo necessarium putavit D. Thomas
invenire aliquam certitudinem in re scita, & propter
hanc difficultatem, in secunda parte eiusdem capituli
adivenit, & docuit D. Thomas scientiam futurorum con-
tingentium, prout sunt in suo esse determinato.

28

Accedat quod in cap. 6. eiusdem Opusculi, postquam
in principio ad probandum, quod praedestinatio necessitatem
imponat, & quasi liget voluntatem praedestinati, opposuerat
illud Pauli, non est volentis etc. Postea in versiculo. Ad ali-
ud dicendum. respondet, quod voluntas humana per praedesti-
nationem, non ligatur, nec impeditur ad eliciendum propri-
um actum, sed iunatur. Vbi in primis satis significat cons-
cursum Dei non esse praevium sed concomitantem, subdit
autem. Ideo dicit Apostolus, quod non est volentis velle, sed mi-
serentis Dei, quia nemo potest per conatum propriae volun-
tatis consequi gratiam, vel per naturalia propria, opus gratui-
tum elicere, sine diuino auxilio. in quibus, ut patet, non ex-
cludit conatum ex proprijs naturalibus, nec ad illud ponit
aliquid auxilium praedeterminans, sed tantum exigit ad
iutorum gratiae concomitantis

29

Septimo iuxta modo dicta, confirmat eandem sen-
tentiam D. Thomas, dum asserit Deum simul cum vo-
luntate, vel generaliter cum causa secunda, influere im-
mediate in effectum, & non in ipsam secundam causam. Ete-
nim

Septimum Testimo-
nium

nim

3. Contra g. 570.

nim influxus immediatus in effectum, non potest esse
 praevia applicatio vel determinatio causae, maxime si sit
 effectus causae agentis in exteram materiam; nec potest talis
 influxus Dei, immediate respiciens effectum, dicere alium
 ordinem ad concursum ipsius causae, nisi tantum ordinem
 conuocantis & cooperantis. Illud autem docuit D. Thomas
 3.º contra gentes cap. 70. versiculo praeterea. in fine ibi:
non est inconueniens, quod producatu^r idem effectus ab in-
feriori agente, & à Deo ab utroq; immediate.

Octauum testimo-
nium.12.º q. 10. ar. 4.
3.º contra gen. c. 73
opus de praescientia
c. 4

Octauo faciunt etiam ad idem intentum varia lo-
 ca D. Thomae, in quibus docet, effectum causarum conti-
 gentium, seu voluntatis, manere liberum seu contingentem,
 quia Deus non necessitat causas contingentes, sed operatur
 cum eis, iuxta modum ipsarum, ut 1.º 2.º q. 10. ar. 4. ia-
 citato, & 3.º contra gentes, cap. 73. ratione 2.º. Et in cap.
 4. praedicti opusculi de praescientia & praedestinatione, talibi
 sapè. Certè enim si haec philosophandi ratio sincere intelli-
 gatur, planè in ea docet D. Thomas Deum ita se accomoda-
 re conditioni cuiuslibet causae, & ita seruare illi integram
 suam naturam & modum operandi, ut voluntatem, quae ex
 se est potentia indifferens & libera ad se determinandum, non
 praedeterminet Deus, sed illi praesto sit suo concursu, permittet
 eidem voluntati, ut ipsa se determinet.

nonum testimoniu.

Nono confirmant eandem sententiam, ea loca
 D. Thomae, in quibus eam ponit differentiam, inter primu
 actum, quo voluntas incipit operari, & actus sequentes; ut
 ad primum actum, moueatur à Deo; in reliquis autem vo-
 luntas mouet se ipsam, ut 1.º 2.º quest. 9. ar. 4. & 3.
 & quest. 111. ar. 2. & quest. 109. ar. 2. ad 1.º &
 alibi

30

31

alibi sapè. Etenim si ex prasupposita deliberatione homo est dominus suorum actuum, & potest flecti ad unam partem vel aliam, ut D. Thomas inquit prædicta quest. 109 & similiter voluntas per hoc quod vult finem, movet se ipsam ad volendum ea, quæ sunt ad finem, ut prædicta questione 10, superfluum videtur, quod præmoneatur a Deo, imo & repugnans quod dependeat necessario ex hac præmotione: quomodo enim vera est quod ipsa se moveat, si non habet virtutem movendi se, nec efficiendi aliquid, nisi ipsam actionem & motionem accipiat ab alio, nempe à Deo, per huiusmodi præmotionem; nam quod efficienter producat suum actum, non sufficit, ut ipsa dicatur se movere, vel se flectere; sicut nec id etiam sufficit in primo actu, quem proculdubio producit efficienter ipsa voluntas, imo & libere, ut Soto. 1.º de natura & gratia cap. 16. & pleriq; doctores Thomista. Et sicut etiam non sufficit ex sententia D. Thomæ gravis & levia producere efficienter sui motus, ut dicantur movere se ipsa, & non potius moveri à generante. Et certe cum longè maior sit dependentia, quam ponunt adversarij in motu voluntatis, respectu illius efficaciæ præmotivis, quam dependentia gravis à generante; longè etiam maiori ratione dicendum esset voluntatem non movere se in suis actibus, sed solum moveri à Deo illam prædeterminante, & applicante.

32

Decimo rem demonstrare videtur illustris locus. Decimum testimonium in artic. 1. q. 174. in secunda 2.ª ubi præter prophetiæ comminationis distinguit D. Thomas, duplicem proprie-
tiam

Sectio 18

tiam, aliam predestinationis, qua scilicet reuelatur Propheta id quod Deus predeterminauit vel predestinauit, cuius proinde certitudo innititur efficacia irrefragabili diuina predeterminationis, vel predestinationis, cui nemo potest resistere; aliam vero prophetiam docet, quam vocat prophetiam prescientia, qua ideo a prophetia predestinationis distinguitur, quia per eam non reuelatur Propheta aliquid predestinatum, vel predefinitum, sed tantum id quod prescitum est à Deo, cuius proinde certitudo innititur soli prescientia Dei, & non alicui predefinitioni vel predestinationi. Primam, inquit, esse de his actibus, qui non sunt in nobis; secundam vero de his, quae fiunt per nostrum arbitrium siue bona, siue mala sint. Non ergo voluit D. Thomas Deum predestinare, aut predefinire, atq; adeo nec prede determinare actus nostri liberi arbitrij.

Verba D. Thomae sunt, Alio modo, praecognoscit Deus aliqua in se ipsis, vel vt fienda ab ipso, & horum est prophetia predestinationis: quia secundum Damascenum. Deus predestinat ea, quae non sunt in nobis: vel vt fienda per liberum arbitrium hominis, & sic est prophetia prescientia, quae potest esse bonorum, & malorum.

Undecimo consonat eisdem verbis solutio. 13. argu-
menti articuli 7. questionis 3.^{ae} de potentia, vbi sic ait.
Dicendum quod voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusionem cause prima, sed quia causa prima non ita agit in voluntate, vt eam de necessitate, ad vnum determinet, sicut determinat naturam (notentur verba sequentia)
& ideo determinatio actus, relinquitur in potestate ratio-
nis & voluntatis, vbi nota determinationem reservari so-

li voluntati, & eam determinationem quae voluntati tribuitur, eandem (inquam) negari primae causae, eo quod si Deus illam determinaret, necessitaret utiq; & quia prima causa non sic determinat voluntatem, sed relinquatur determinationi voluntatis, ideo dicitur voluntas habere dominium sui actus. Exemplum autem de determinatione naturae accipiendum est (ut diximus supra) circa quintum testimonium.

34

Adde quod Thomas non solum vult voluntatem determinare suum actum, verum & omnes causas particulares dicit determinare non solum suos effectus, sed & actionem primi agentis, ut constat 3.^o contra gentes cap. 6.^o ratione 4.^a ubi ostendit concursum primae causae, in omnibus effectibus respicere quod in illis primum est, scilicet ipsum esse; causas vero secundas esse particulantes; ita enim ait, & determinantes actionem primae causae, ad perfectiones particulares suorum effectuum. Verba sic habent. Item secundum ordinem causarum est ordo effectuum. Primum autem in omnibus effectibus est esse, nam omnia alia sunt determinationes ipsius: igitur esse, est proprius effectus primi agentis, & omnia alia agunt ipsum, in quantum agunt in virtute primi agentis: Secunda autem agentia quae sunt quasi particulantes, & determinantes actionem primi agentis, agunt sicut proprios effectus, alias perfectiones quae determinant esse.

† (supple causae)

35

Unde iuxta haec in questione 80. artic. 1. ad 3.^m in 1.^a 2.^a ait quod Deus est universale principium, sed quod determinetur ad malum consilium, voluntas humana, hoc directe quidem est ex voluntate humana,

1.^a 2.^a q. 80.
ar. 1. ad 3.^m

ubi

Sectio 18

ubi certè loquitur de determinatione ad malum pro materiali; nam pro formali nec voluntas quidem humani tendit in aliud directè ut habet litera S. Thomæ: at de malo pro materiali eadem est ratio ac de bono secundum aduersariorum sententiam. Unde re vera propositum S. Thomæ est ostendere ex eo quod Deus est vniuersale principium omnis interioris motus humani non sequi ut determinet voluntatem sed integrum manere voluntati ut ipsa se determinet.

Duodecimum fundamentum

Ferrarij
Cai.

Capreo

Duodecimo eadem sententia S. Thomæ colligitur aperte ex sententia quam eius interpretes scilicet Ferrara 1.º contra gentes, cap. 67. circa quintam rationem dubio 2.º. Et Cayetanus. 1. p. q. 19. art. 8. idem Cayetanus 1. p. q. 14. ar. 13. circa ad 1.ºm S. Thomæ. Et Capreolus in 1.ª distinctione 38. docent esse S. Thomæ (scilicet) quòd si causa prima necessario ageret, concurreretq; con^{falto,} cursu quo modo concurreret, (sic enim intelligendus est casus huius questionis) adhuc effectus essent contingentes & liberi, atq; adeo qui possent esse & non esse ratione libertatis & contingentia voluntatis creatæ & causarum secundarum. Et predicti reprehendunt Scotum, quod oppositum dixerit, & putauerit Aristotelem & alios Philosophos latenter concessisse duas contradictorias, cum docuerint ex aliqua parte aliquid contingenter fieri, ex altera vero Deum agere ex necessitate nature, & merito quidem predicti interpretes illam sententiam tribuunt S. Thomæ tum in eiusdem locis, tum expressissime de veritate quas. 2. ar. 14. ad 5.ºm sic enim ait. Dicendum quod quauis

36

si causa 1.ª esset agens
necessarium influeret
& eodem con cursu quo
modo concurreret cum
volunt. adhuc volun-
tas creatæ esset libera.

De intelligentia Scoti
videtur Malo. in em-
podiā disputa. 34. §
ar. 3. q. 14.


S

causa

causa prima vehementius influat cum secunda, ta-
 men effectus non completur nisi adueniente operatione se-
 cunda; Et ideo si sit possibilitas ad deficiendum in causa
 secunda, est etiam eadem possibilitas deficiendi in effectum,
 quamvis causa prima deficere non possit. Et infra. quia
 ad esse effectus requiritur utraq; causa, utriusq; defectus, in-
 ducit defectum in effectu, Et ideo quaecumq; ponatur contin-
 gens, sequitur effectum esse contingentem; non autem si
 altera tantum ponatur necessaria, effectus erit necessarius.
 propter hoc quod ad esse effectus, utraque causa requi-
 ritur.

37

Ex hac ergo sententia manifeste colligitur, cau-
 sam primam, non concurrere cum secunda, eam prædeter-
 minando prævio aliquo concursu de se efficaci, cui causa
 secunda libera non possit resistere; alias si præuenienti mo-
 tioni, seu concursui causa prima non potest resistere causa
 secunda, nec illum impedire, utpote qui independens sit ab ip-
 sa secunda causa, certè si Deus causa prima necessario ope-
 raretur operaretur in illa præmotione, necessario etiam seque-
 retur effectus. Et potest formari sic evidens argumentum.
 Ex suppositione quod Deus velit præmovere causam secun-
 dam scilicet voluntatem creatam, hac necessario mouet.
 Et necessario sequitur effectus; sed velle Deum sic præmoue-
 re voluntatem creatam, atq; adeo præmovere de facto, esset
 necessarium simpliciter in illo casu: ergo effectus simpliciter
 esset necessarius. Est autem hoc argumentum expresse ipsius
 Magistri Dominici Banès quod efficaciter sibi probare vide-
 tur ultima conclusionè dubij principalis circa articulum
 8^m. quart. 19. 1^a partis. Si autem non admittamus
 illi


 M. Banès

illum præuium concursum de se efficacem, sed dicamus causam primam concurrere cum causa secunda concomitanter, ac proinde voluntatem primæ causæ concurrendi cum causa secunda, v. g. voluntate creatæ, esse quasi conditionalem, ut scilicet velit concurrere cum voluntate creatæ, si ipsa creatæ voluntas se determinet; tunc certe ex parte concursus causæ primæ, nihil repugnaret causam primam esse necessariam, effectum vero simpliciter contingentem ac liberum: tunc enim primæ causæ necessitas in hoc consisteret, ut necessario haberet hanc voluntatem, volo concurrere cum causa libera, quotiescumq; ipsa se determinet ad operandum, ex quo necessario sequeretur actualis concursus, quotiescumq; poneretur conditio, scilicet, determinatio voluntatis creatæ, ut defacto modo contingit in effectibus qui pendunt simul & à voluntate libera hominis, & à causa universaliter necessaria v. g. corpore cælesti, quales sunt motus progressivus & alij.

Decimum tertium
fundamentum ex ar.
3. quas. 6. de veritate

Decimotertio sit iam præclarum testimonium 38
D. Thomæ in quest. 6. de verita. ar. 3. in quo querit -
utrum prædestinatio certitudinem habeat, & tandem perue-
nit ad hoc ut doceat prædestinationem esse certam respectu
finis particularis, scilicet respectu ultimæ salutis ipsius
prædestinati. Unde inquit præter certitudinem prescientiæ
ipse ordo prædestinationis habet infallibilem certitudinem;
at subdit, nec tamen causa proxima salutis ordinatur ad
eandem necessario, sed contingenter scilicet liberum arbitri-
um; ut autem conciliet D. Thomas hæc duo, quæ inter se
pugnare videntur, sic excogitavit certitudinem prædesti-
natio

nationis, ut scilicet, non predestinaret Deus infallibiliter quemlibet actum in particulari, neque pro quolibet actu in particulari conferret auxilium præueniens de se efficax, ex quo infallibiliter sequeretur talis effectus, sed ut tot adminicula vel auxilia Deus præparet prædestinato, ut ex vi illorum certum esset ipsum prædestinatum aliquando bene operaturum & habiturum illud meritum, quod necessarium sit ad consequendum terminum suæ prædestinationis æternam scilicet salutem. Itaque respectu cuiuslibet actus in particulari, et respectu cuiuslibet etiam particularis auxilij integrum sit ipsi prædestinato operari, vel resistere auxilio; at respectu omnium auxiliorum simul non ita possit resistere, quin huic, vel illi tandem aliquando consentiat. Quod iuxta usum loquendi Scholasticorum sic dici poterit, potest resistere omnibus auxilijs diuisiue, non tamen collectiue; ea prorsus ratione, qua dicunt Theologi posse hominem cum communi auxilio, pro sua libertate, resistere omnibus tentationibus, vel vitare omnia peccata, etiam venialia diuisiue, non tamen collectiue. Et sic docet S. Thomas certam esse prædestinationem huius hominis in particulari, quatenus per illam præparat Deus tot adminicula, & auxilia, ut non cadat prædestinatus, vel si cadit ut resurgat, & tandem consentiat auxilijs & terminum prædestinationis promereatur, ac assequatur; ad hinc autem esse liberam respectu ipsius prædestinati, quatenus respectu cuiuslibet actus in particulari in quo libertati exercitium expectandum est, liber manet.

Et

Sectio 18

Et indifferentes ad operandum vel non operandum. Verba S. Thomae sunt. Quod hoc modo potest considerari. Invenimus enim ordinem compossibilem esse respectu alicuius dupliciter. Uno modo, in quantum una causa singularis producit effectum suum ex ordine divinae providentiae: Alio modo quando ex concursu causarum multarum contingentium, et deficere possibilium, praeventur ad unum effectum: quarum unamquamque Deus ordinat ad consecutionem effectus loco eius, quae deficit, vel ne altera deficiat, sicut videmus, quod omnia singularia unius speciei sunt corruptibilia. Et tamen per successionem unius ad alterum potest in eis secundum numerum, salvari perpetuitas speciei, divina providentia taliter gubernante, quod non omnia deficiant uno deficiente, et hoc modo est in praedestinatione; liberum enim arbitrium deficere potest a salute, tamen in eo quem Deus praedestinat, tot alia ad minicula preparat, quod vel non cadat, vel si cadat quod resurgat, sicut exhortationes, et suffragia orationum, donum gratiae, et alia huiusmodi, quibus Deus adminiculatur homini ad salutem. Si ergo considerare mus salutem respectu causae proxima vel liberi arbitrij, non habet certitudinem sed contingentiam. Respectu autem causae primae quae est praedestinatio habet certitudinem.

At ne quis rei evidentia convictus dicat S. Thomam in proventiori etate et re maturius considerata mutasse sententiam, age iam ostendamus etiam prorsus sententiae subscripsisse in summa Theologiae. Pro quo.

Ultimo adducamus disuicidum testimonium.

Ultimū Testimonium
S. Tho. ex. 1. p. q. 23
ar. 7

ex 1. p. q. 23. ar. 7 qui licet prolixus aliquanto sit
 necessarium putavi integrum fere corpus articuli transcri-
 bere, quod singula penè verba magnam ponderationem
 requirant. Mouet igitur in eo articulo eandem fere diffi-
 cultatem, ac in precedenti articulo 3. quæstionis 6. de
 veritate, scilicet numm prædestinatorum sit certus, eã
qz prorsus eodem modo resoluit, tantum abest ut doctrine quæ-
stionis 6. de veritate contradicat, ut potius eorundem articulo
 quasi idem contentus effici possit. Igitur postquam in hoc
 articulo. 7. docuit numerum prædestinationis certum esse
 non solum formaliter, ut scilicet certum sit prædestina-
 tos fore in tanto numero, sed etiam materialiter, ut sci-
 licet certum sit, Petrum prædestinatum consequenturũ
 ultimam salutem: Postquam etiam docuit eam prædestina-
 tionem certam esse non solum ratione cognitionis, sed etiã
 ratione electionis, & diffinitionis cuiusdam, ut ostendat, quæ
 sit per unum modi electio, & diffinitio, & quo vsqz extendatur
utitur similitudine artificis, qui intendens determinatũ
aliquem effectum determinatæ mensuræ escogitat (in
quit S. Thomas) aliquem numerum in partibus essen-
tialibus, quæ perse requiruntur ad perfectionem totius:
non enim perse eligit aliquem numerum in his, quæ nõ
principaliter requiruntur, sed solum propter aliud (quid
autem intelligit, cum dicit (non perse eligit aliquem nu-
merum) statim explicat. Sed in tanto numero accipit
huius modi, in quantum sunt necessaria propter aliud,
sicut edificator escogitat determinatam mensuram domus
& etiam determinatum numerum mansionum, quas vult

Sectio 18

facere in domo, & determinatum mensurarum numerum parietis vel tecti; non autem eligit determinatum numerum lapidum, sed accipit tot quot sufficiunt ad complendam tantam mensuram parietis. Sic igitur considerandum est in Deo respectu totius universitatis, qui est eius effectus. Præordinavit enim in qua mensura deberet totum esse universum, & quis numerus esset conveniens essentialibus partibus universi, quæ scilicet habent aliquo modo ordinem ad perpetuitatem, quot scilicet Sphæra, quot Stella, quot Elementa, quot Species rerum. Individua vero corruptibilia non ordinantur ad bonum universi quasi principaliter, sed quasi secundario, in quantum in eis salvatur bonum speciei. Unde licet Deus sciat numerum omnium individuorum, non tamen numerus, vel boum, vel Culicum vel aliquorum huiusmodi est per se præordinatus à Deo. Sed tot huiusmodi divina providentia produxit, quot sufficiunt ad specierum conservationem. Inter omnes autem creaturas principaliter ordinantur ad bonum universi creatura rationales, quæ in quantum huiusmodi incorruptibiles sunt, & potissime illa quæ beatitudinem consequuntur, quæ immediatius attingunt ultimum finem. Unde certus est Deus numerus prædestinatorum, non solum per modum cognitionis, sed etiam per modum cuiusdam principalis præfinitio nis. Non sic autem omnino est de numero reproborum, qui videntur esse præordinati à Deo in bonum electorum quibus omnia cooperantur in bonum.

Apti 3i

Sectio 18

40
 Aptissima certè ratione & similitudine probat
 D. Thomas in hoc articulo idem quod docuerat in quæstio
 ne 6. de veritate, scilicet prædestinasse Deum certa, & effica
 ci præfinitione, & prædeterminatione seu prædestinatione
 quemlibet prædestinatum in singulari, imò & gradum
 gloria ad quem prædestinatus est, non tamen prædetermi
 nasse omnia opera eius in particulari, eo quod prædestina
 tus ipse etiam materialiter, & in particulari consideratus
 sit pars essentialis vniuersi, particularia tamen opera
 eius non sint partes essentielles, sed secundariæ. Et ideo op
 portuit illum prædestinari, & prædeterminari, non tamen
 opera particularia, nisi sub ratione generali, ut scilicet Deus
 prædeterminauerit istum habere opera bona quibus assequetur
 terminum prædestinationis, merita v. g. ut qua
 tuor, ad gloriam, ut quatuor, non tamen ut prædestinaue
 rit hunc vel illum actum in particulari.

41
 Non contendo D. Thomam dixisse, expressè Deum
 non prædeterminare opera bona prædestinati in particulari; s:
 contendo tamen, id manifestissimè intendere totum discursum
 articuli, ex quo haletur. Primi quidem, in prædestina
 tione assignandum aliquid esse, quod habeat rationem par
 tis essentialis, & sit prædeterminatum à Deo; 2^o. etiam assign
 andum aliquid esse quod habeat rationem partis secundariæ,
 & propter aliud, quod quidem non sit prædeterminatum. Huc
 enim expectat exacta illa applicatio ordinis quem seruat agens
 intendens facere aliquid determinatum, in quo distin
 guit partes essentielles, quæ sint prædeterminata, & par
 tes

Sectio. vii.

tes quasi secundarias, quae non sint praedeterminatae. Huc spectat exemplum domificatoris, qui parietum mensuram praedeterminavit, non tamen elegit determinatum numerum lapidum. Huc spectat exemplum specierum quae praedeterminatae sunt ab autore naturae, cum tamen individua corruptibilia, non sint per se praedeterminata. Si igitur haec applicanda sunt praedestinato (nam ut illi applicarentur, explicata sunt à D. Thoma) certè dicendum est in eo, considerandum esse aliquod quod rationem habeat partis essentialis, & id est. ipse, met praedestinitus, & mensura gloriae seu beatitudinis essentialis, ad quam praedestinitur; aliquod tamen esse quod non habeat rationem partis essentialis, sed quasi secundariae, & propter aliud, & huiusmodi sunt proculdubio opera praedestinati, quae certè se habent ad gloriam praedestinati, & mensuram eius, sicut lapides ad parietem, ac proinde sicut de lapidibus nihil aliud praedeterminavit domificator, nisi ut tantum acciperet tot lapides, quot essent necessarij ad explendum parietem decem cubitarum & q. in particulari autem non praedeterminavit ut essent hi vel illi lapides in singulari, vel ut essent 50. aut 100. sed in executione accipit tot quot sufficiunt ad illam parietis mensuram explendam, sic certè de operibus praedestinati ex sententia D. Thomae, illud solum praedeterminavit Deus, ut Petrus haberet opera quibus certum gradum gloriae sibi compararet. Id autem an esset in decem actibus, an in viginti, an hiis vel illi numero actibus, & in hac vel illa rerum occasione, non praedeterminavit, sed rerum dispositioni &

liberi arbitrij determinationi reliquit, illud tamen suavi-
ssima suaprovidentia excitans, & praeueniens, tot & tantis au-
xilijs & adminiculis, ut licet cuilibet in particulari, vel diui-
sine resistere valeat, non tamen omnibus simul, vel collecti-
ue iuxta doctrinam articuli 3. quæst. 6. de veritate, quem
ideo cum hoc articulo, quasi unum integrum contextum com-
ponere diximus.

42 Sed sunt qui dicant I. Thomam in hoc articulo, non ne-
gare numerum individuorum corruptibilium esse prædetermi-
natum à Deo, sed tantum (inquirunt) negat esse per se prædetermi-
natum, quod est dicere, non esse intentum propter se, sed propter aliud.

Expositio aduersari-
um.

At certe friuola est illa responsio: cum enim dixit I.
Thomas non est per se præordinatus numerus bonum etz idem
voluit ac si diceret, non est in se prædeterminatus, vel præordina-
tus; id quod comminuitur tam interpretatio antiquiorum
expositorum, scilicet Hieronymi Peres, & Caietani, qui sic
exponunt. Numerus individuorum corruptibilium extra speciem
humanam est certus Deo, non prædefinitive, sed præcognosci-
tive: tum ipsa intentio literæ, hæc enim omnia adduxit
& distinxit ad ostendendam certitudinem prædestinationis.
Id enim proposuit cum rei explanationem aggreditur dicens.
Aduertendum quod numerus prædestinatorum certus Deo dicitur
non solum ratione cognitionis, quia, scilicet, scit quod sunt sal-
vandi (sic enim Deo certus est etiam numerus guttarum pluuie,
& arenae maris) sed ratione electionis, & definitionis cuius-
dam. Id etiam concludit in fine, ibi. Vnde certus est Deo
numerus prædestinatorum, non solum per modum cogniti-
onis, sed etiam per modum cuiusdam principalis præfinitionis
At vero ad hanc difficultatem nihil prorsus refert distinguere
præordinati propter se, & præordinati propter aliud, si utrum

Refellitur præcedens
interpretatio 1.

qz est praordinatum, & praedeterminatum; quia de qua ratio certitudinis est in praedeterminatione divina alicuius rei propter aliud, ac in praedeterminatione rei propter se.

Refellitur 2^o ca
dem interpretatio.

Adde quod D. Thomas cum difficultatem proponeret in verbis modo commemoratis dixit, numerum praedestinatorum certum esse Deo, non solum ratione cognitionis (sic enim Deo certus est numerus guttarum, & arenae maris) sed ratione electionis, & praedefinitionis, ubi manifestè patet eam agnovisse differentiam inter numerum guttarum pluviae & arenae, & similibium corruptibilium, & numerum praedestinatorum, quod in illis nulla sit praedeterminatio vel praedefinitio, ratione cuius sit Deo certus ille numerus, sed solum certus sit ratione cognitionis; at praedestinatorum numerus est etiam certus ratione cuiusdam electionis, & praedefinitionis, & quia haec differentia difficilis apparebat, ideo praedictum discursum subiunxit, ostendens radicem differentiae, quia scilicet praedestinatus est una ex paucissimis partibus universi; individua vero corruptibilia non propter se, sed propter speciem expetenda erant; & ideo numerus praedestinatorum non numerus corruptibilis erat perse, id est inse praedeterminandus est.

43

Refellitur 3^o ca
dem interpretatio.

Tandem eandem interpretationem refellit, quod cum D. Thomas explicaret exemplum domus, simpliciter dixit domificatorem excogitare primum, atq; adeo praedeterminare determinatum numerum, ac mensuram parietum at (inquit) non elegit determinatum numerum lapidum, sed tot accipit (scilicet in executione, pro ut occasio tulerit) quot sufficiunt, id quod ex ipsa experientia verissimum agnoscitur, & sic dicit considerandum esse in Deo est.

44

Est.

45

Est igitur aperta mens D. Thomae, cui omnia est
testimonia consonant, Deum præelegisse quidem prædesti-
natos, etiam ad certum gradum gloriæ, consequenterque præordi-
nasse illis tot, ac tanta auxilia conferre, quibus illum gradum
gloriæ suæ compararent; at alius in particulari, quibus eam
gloriæ compararent, non sui prædeterminasse, sed suavissima
providentiâ eam determinatiõnem libero arbitrio permisisse.

quam rationem prædes-
tinationis ponat S.
Thomas.

46

Quod autem quidam objiciunt D. Thomam 1.^a parte
quas. 19. art. 8. Et alibi docere Deum efficaciam voluntatis suæ
præparasse effectibus contingentibus causas contingentes, intel-
ligendum est, & in communi, quod præparavit Deus causas
contingentes, & liberas, quæ pro sua indifferentia, & libera-
te, quam illi concessit, sed determinarent ad effectus contin-
gentes, præcognitos quidem à Deo, & sic suaviter provisos.
Ut bene notavit Bellarminus lib. 4. de gratia & lib. arbi.
cap. 15. §. quintum argumentum: et etiam intelligendum
est, quod in particulari præparavit Deus has causas contin-
gentes ad hos effectus, non tamen eas efficaciter prædetermi-
nando.

Explicatur articulus
8.^{us} quas. 19. art. 8.
2.^{us} 2.^{us}

47

Difficilius forte alicui videbitur quod ait 1.^a 2.^a quas.
112 art. 3. ubi de dispositione ad gratiam hæc docet. Alio
modo potest considerari, secundum quod est à Deo mouente,
Et tunc habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo, nõ
quidem coactionis, sed infallibilitatis, quia intentio deficere
non potest, secundum quod Augustinus in lib. de prædesti-
sanctorum, quos per beneficia Dei certissime liberantur qui
cumq; liberentur.

Sed Respondetur notand. S. Thomam hic non

loqui

Sectio 18^a

Loqui de coactione in rigore, neq; illam confundere
 à necessitate propria antecedenti naturali, vel absoluta, sed
 coactionis nomine (quod esse in usu aliorum Patrum ostē-
 demus infra) intelligit omnem necessitatem ante-
 cedentem, eamq; distinguit à necessitate infallibilitatis,
 quæ est necessitas consequens. Porro inter neces-
 sitatem antecedentem, & infallibilitatem, seu neces-
 sitatem infallibilitatis, hæc est differentia, quod infal-
 libilitas refertur ad intellectū, cui primum convenit fal-
 li, aut certum esse, ut bene notavit Capreolus 1.^o dis. 40.
 quæst. 1. art. 3. ad 1.^m contra 2.^{as} conclusiones, unde ne-
 cessitas infallibilitatis, non est alia quam necessitas ex pres-
 cientia, quæ non tollit libertatem, magis quam ipsa pres-
 cientia futuri; at necessitas coactionis, vel antecedens est in
 re ipsa ex proprijs causis, & idcirco tollit indifferentiam poten-
 tiæ etq;. Juxta hæc ergo ad locum S.^{ti} Thomæ respondetur
 1.^o S. Thomam loqui de motione hominis ad gratiam con-
 tritionis, vel ad gratiam iustificantem per auxilia gratiæ
 prævenientis, nempe vocationis congruæ, & quæ à Deo præ-
 cognoscitur habitura effectū, quæ quidem induit necessita-
 tem consequentem, non antecedentem: & huic consonat
 testimonium prædictum Augustini, quod est in 2.^o de dono
 perseverantiæ cap. 14. Sed respondetur 2.^o & ut ex contextu
 patet omnino ad mentem S. Thomæ ibi tantū esse sermonē
 de gratia gratum fauente & iustificante, comparariq; ad
 ultimam dispositionem, scilicet ad altū contritionis. Sensus
 S. Thomæ est, Posita contritione, ut ultima dispositione
 necessario sequi gratiam; ex quo non infertur necessitas sim-
 pli

placitor, sed necessitas ex suppositione actus contritionis, qui est actus liber pendens ex vestra cooperatione.

48
Hæc ex sententia S^{ti} Thomæ, quasi quis recte consideret, videbit certe verum omnino dixisse Thomam Vualdensem de Doctore quodam sui temporis, qui affirmabat necessitatem quandam antecedentem in futuris eventibus, respectivam quidem per ordinem ad scientiam, & voluntatem divinam, non tamen absolutam, quia ex ordine ad causam secundam dicebat actum esse liberum, esto ratione divinæ voluntatis, non posse aliter evenire. De hoc ergo Vualdensis sic ait. Venerabilis Anselmus & S. Thomas clarissimo ore dicunt non esse ibi necessitatem aliquam antecedentem, quæ nihil efficit. Ipse omnino imponit eis necessitatem ponere præcedentem, quæ rem obliget ad eventum.

E A D E M. C O N C L U

sio probatur auctoritate Græcorum Patrum

Sectio decima 9^a

Timendum nulla ratione est, ut viri Catholici & pii, quales hi sunt, quibus curandis putamus, Patres Græcos sanctissimos, ac sapientissimos, imo & etiam Latinos, qui ante Pelagium scripserunt, iudices habere recusent, quasi in favorem Pelagij aliquo ex casu declinaverint, quod non contra Pelagium negantem gratiam, sed contra Manicheum libertatem subvertentem disputarent: adeo ut Pelagius

Sectio 18^a

gius ipse, eos patronos sibi aliquando suscepisse videatur. Imprimis enim insignis illorum Patrum sanctitas, sapientia, eorum doctrinam integerrimam fuisse testantur.

Authentice gratias
probatas recipien-
dam esse
Probatas l.?

Deinde ipse etiam Augustinus, qui totus in expugnando Pelagio positus erat, eorum auctoritatem reuerenter excipiebat, doctrinamq; laudabat, Et si quando sibi prima facie contraria videretur, diligenter interpretabatur. Videndus est Augustinus de natura & gratia à cap. 16. usq; in finem - ubi Hilarius, Ambrosius, Chrysostom. Hieronymus, doctrinam à Pelagio citatam reuerenter exponit, Et in suam sententiam interpretatur. Videatur etiam lib. de gratia Christi contra Pelagium, Et 4^o contra duas epistolas Pelagij, cap. 11. Et de bono perseverantiae cap. 9. - ut alia omittam.

2

Insuper ijdem Patres non solum gratiae adiuvantis, sed etiam gratiae praevenientis necessitatem adstruunt, quam sapissime, ut in pleriq; testimonijs infra citandis apparebit; quo non solum Pelagij, sed & semipelagianorum erroribus, è regione opponuntur.

3

Tandem si contra Manicheum libertatis subuersorem scribentibus, eo tempore, quo Pelagiana haereticis nondum exorta, expugnatio nem non exigebat; prudentissimum Consilium fuit libertatis iura exactè explicare, sicut Et Augustino cum Pelagio agenti fuit consultissimum gratiae necessitatem, Et dignitatem omnibus suis conatibus extollere, ut ipse utrumq; praeclare docet de praedest. sanctoy. cap. 14. Et de bono perseverant. cap. 19. Cur obscuro modo cum res sit ad priorè statum rediit, cum Pelagius omnino (quod Dei singularis est gratia) extinctus sit; Et contra vero Manicheorum spiritus in Luthero, Caluino, reliquisq; huius temporis, quid totam ferè

4

ferè Europam occuparunt, quasi pythagorica transmigra-
 tione fuerit transfusus, cur (inquam) non liceat prudentissima
 & hui non secus, atq; illis temporibus quam accommodatissi-
 mum, consuetudinem & stylium Græcorum Patrum euocare?
 eorumq; auctoritatem in materia deliberare nonis Maniche-
 is (Lutherum Calaium reliquosq; huius farinae homines
 dico) opponere? Libertatis q; rationem, pro eadem huius calamita-
 se ætatis necessitate, ut illi explicarunt explicare, ac defendere?
 At nedubium in re notissima suspicari vidcamur, iam ad eorū
 enarranda testimonia deueniamus, illosq; ostendamq; in ea
 fuisse sent^a, ut nullo de se efficaci auxilio præuenienti Deus præ-
 determinet voluntatem, sed eam excitans vocatione sua suffi-
 cientiq; auxilio præueniens, liberam omnino relinquat, ut pos-
 sit eidem præuenienti auxilio, etiam iam posito resistere.

§ Primum hæc videtur mens Chrysostomi homil. Chrysosto.
 19. in Genes. in principio. De Deo enim loquens sic ait. Ip-
 se enim, quæ sua sunt omnia, pro sua misericordia semper ex-
 hibet, & sic ut abscondita mentis arcana, laudat, consulit, cona-
 tusq; nostros primo reprimit, & necessitatem utiq; non im-
 ponit; sed congruis remedijs apposis, totum iacere in degro-
 tantis sententia dimittit. Hæc Chrysostomus. Ex quib; manifestè
 constat Chrysostomū sensisse, etiam post apposi-
 tum remedium, id est post collatum congruum auxiliū
 antecedens præuenientis gratiæ, ad huc in degrotantis homi-
 nis potestate esse, ut remedio liberè uti possit ad salutem
 consequendam; hoc enim manifestè indicant illa Chri-
 sostomi verba. Sed congruis remedijs apposis, totum iacere
 6 in degrotantis sent^a dimittit Et homil. 23 post principium tradens
 qua ratione primi homines pro ingenita sibi libertate, quidam bono,
 quidam

Idem

quidam malum elegerunt. Manifestum (inquit) est sua quem vis voluntate, vel malitiam, vel virtutem eligere; nam si ita esset, neque illos punire, neque istos virtutum retributionem accipere oportebat; verum quia in nostra voluntate, totum post gratiam derelictum est, ideo peccantibus supplicia proposita sunt, et bene operantibus retributiones. Quo in loco dilucide Chrysost. dicit post gratiam Dei totum in nostra voluntate esse: ubi primum vides ponere gratiam praevientem; deinde sentit voluntatem non determinari efficaciter a praecedenti gratia. Et certe verbum. Post. sensu fuit compositum.

Idem Chrysost. homil. 72 ad populum Antioche. ait. Opponet nos prius eligere bona, et ille sua tunc inducit, nostram non praevient voluntatem, ne nostram temeret libertatem. ubi et bene advertit Bellarminus lib. 1. de lib. arbi. cap. 12. non intelligendus est Chrysost. negare gratiam praevientem, cum eam docuerit alibi saepe, praesertim in testimonijis citatis, sed loquitur de praeventione de se efficaciter praedeterminante, quae sola temerare poterat libertatem, nam de alia qualibet gratia praeviente, nulla poterat esse difficultas Chrysostomus ex parte libertatis.

Damasceus

Etiam ex Graecis hanc doctrinam tradit Damascenus 2. de fide cap. 30. in principio. Illud scire interest (ait) Deum omnia quidem praescire, sed non omnia praefinire; praesit enim ea, quae in nostra potestate, et arbitrio sita sunt; at non item ea praefinit. Ecce clarissima pro nostra sententia verba: eius vero, quae dixerat verbis sequentibus, rationem assignat Damascenus dicens. Nec enim vitium admitti vult, nec rursus virtuti vim affert. qua ratione posteriores scholastici merito usi sunt, quae suo loco fusius declarat.

Chrysostomus ergo, et Damascenus clare sequuntur
 praesentia.

9
 prefatam sententiam, utroque vero antiquior
 Origenes eam indicat super ad Roma. 9. fo. 3. il
 lis verbis. Certum est, Deum non solum scire unius
cuiusque propositum, ac voluntatem sed prascire: sciens
autem & prasciens tanquam bonus dispensator, & jus
tus, uniuscuiusque motibus, & proposito utitur ad ea perfici
enda qua uniuscuiusque animus & voluntas elligit. Haec
 ille, quibus docet Deum uti proposito electionis creaturae
 ex prascientia illius; nihil de praedefinitione dicens, qua
 videtur contraponere electioni liberae creaturae.

Origenes

10
 Judicat etiam Gregorius Nansiagenus oratione
 3. fare in medio circa illa verba Mathei 19. Non om
nes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Cum
audieris (inquit) quibus datum est, adde volenti bus da
tum est. quibus verbi indicat Theologus, voluntatem
 divino auxilio adiutam elligere & sedeterminare,
 & cum in eodem contextu dicat ipsum velle esse a Deo, quod e de ipso Greg.
~~et de ipso Greg. testatur Aug. c. 19 de bono persequ.~~ (in quo omnino
 opponitur Semipelagianis) vult nihilominus donum
 castitatis (de quo erat ibi sermo) volentibus dari.

testatur Aug. c. 19 de bono persequ.

11
 Gregorius Nissenus, libro de beatitudinibus ex
 plicans illa verba (beati misericordes) dicit enim, in
 potestate nostra esse, ut habeamus quod velimus, loqui
 tur veritate subsidijs ad virtutem necessarijs ut dilucide
 liquet ex contextu: non ergo agnoscit subsidium, quo
 posito, non sit in nostra potestate, operari, aut non ope
 rari, sed tantum docet esse in nostra potestate subsidium
 effi

greg. Nisse

vero de



+ illius quoniam ipsi misericordiam consequentur, qui late et satis aperte reduit omnem diuersitatem nostrorum acutum in deter minatio. nostrae voluntatis; Unde optima similitudine concludit,

Secus . 19

Deum esse quasi speculum, quod cum ex se indifferens sit, tales ostendit effigies, quales ex nobis sunt. Sic inquit uultum dei in alicuius nostris affectibus nobis assimilat.

efficax, quo uelimus, uel habeamus quod uelimus id autem certe reponat cum sententia aduersariorum qui ponunt necessitatem auxiliij efficacis, quod Deus conferat uel denegat independentem a determinatione nostra uoluntatis. Vide eundem Gregorium ibidem in explicatio.

Idem Nisse.

Idem Gregorius Nissenus Libro 8.º Philosophiae seu de providentia cap. 8. citatus à S. Thoma 3.º Contra Gent. cap. 90. Providentia est eorum quae non sunt in nobis, non autem eorum quae sunt in nobis. ubi non negat providentiam Dei respectu nostrorum actuum sed tantum providentiam determinantem, quae necessitatem imponat, ut exponit S. Thomas, qualis est providentia efficaciter praedeterminans

Idem

Eundem sensum habent quae idem Nissenus docet 7.º libro de philosophia cap. 1.º & 2.º (citatur ad propositum à Bellarmino lib. 4. cap. 14.) scilicet actiones liberi arbitrij non esse referendas ut in causam, in Deum, sed in nos ipsos, & ideo eas docet esse in nostra potestate.

Zirillus Alexan.
dri.

Et apertissime Zirillus Alexandrin. Libro 8.º contra Julianum circa finem vers.º itaqz si ineffabili. ait. Itaqz si ineffabili quadam & diuina uirtute, & efficacia usus, mutasset singulorum mentes ad bene agendum, & in didisset postea bonum, a quo deerrime discedere posset, & non sponte; uel ita non esset fructus mentis, neqz res digna laude, sed necessitatis & cupiditatis non uoluntaria: & quomodo reprehensione & crimine liberaremur

cordi

†
16

Idem Cyrillus lib. 11. in Joa. cap. 21. postquam de sua proditione doctore nulla necessitate
 sed proprio iudicio fecit quod fecit et postquam docuit prescientiam Dei, i. Prophetiam
 qua praedicta erat eius perditio non fuisse illi causam perditionis, quia qui novit (inquit) omnia,
 qui futura quasi prescientia videt, per scripturam ^{nobis} ~~etiam~~ hoc etiam praedixit non autem omnia
 que futura sunt Deus novit, aut vult, aut imperat. Post haec inquam comparat Judam alij
 Apostolo et ex dictis colligitur eos sua potestate et voluntate exemptos fuisse a diaboli laqueo obij-
 cit sibi ipsi si propria voluntate potestatem libera ceteri diaboli laqueum figerunt solus
 autem Judas invidit quomodo illos salvavit Christus? aut cur Judas non profuit hae salutis?
 sed studium atq. vigilia, o generose tu, quantum proba et laudabilis sit non sufficit ra-
 mura ad perfecte operationem virtutis sed salutem quidem vigilantes attendentesq. diligenter
 aquirimus non sufficit autem nobis, cum divina gratia est necessarium indigemus et deinde
 nostri testimonij ostendit gratiam necessitatem et subdit, cuius auxilium facile diaboli vi-
 ces superabimus nisi ei obsequamur et nisi quoque nos nec tentati quidem illi voluntatis
 nostrae habenas largiamur nam si ad eius laqueum sponte ac negligentia nostra vomimus;
 quem alium potius quam nos ipsos criminabimur et. Et statim quod si proderet e-
 qualiter alij discipulis saluatoris auxilium non habuisset frustra haec a nobis dicentur
 sin autem non minus quam ceteri divina gratia regeretur sed suo ipsius iudicio in
 profundum perditionis delapsus sit quomodo etiam non servavit eum Christus? qui suum
 patrovium ei praestitit, qui quantum ad ferendam spem illi attinuerit servasset Dominus
 nisi videret ille in perditionem inseligeret, gratia ageret in alij effulxit servavit q. omnes
 qui cooperantem ei voluntatem tradi derunt sic enim salutis nostrae modus dispositus est.

Nota.

Ecce aperte Rome Cyrillus in primis potestatem praevientem, deinde in Juda et in
 alij apostolo potestates aequales quibus Christus dominus quantum erat ex se om-
 nes servabat videret tamen potestates haec gratias non determinasse efficaciter voluntates
 aliorum apostolorum sicut nec voluntatem Iude, ac tandem eadem pro se gratia praevientis reliquis apostolis
 sua voluntate ex polli hoc, determinat. sive volens consensu Iude, Iudam vero resistens

f

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is written on aged, yellowed paper and is oriented vertically on the page. The script is dense and difficult to decipher due to its cursive nature and the fading of the ink. The text appears to be a formal or official communication, possibly a petition or a report, given the structured layout and the use of some capital letters and punctuation. The paper shows signs of wear, including a small hole near the top center and some staining.

conditorem, qui permisisset quidem initio sua
 voluntatis motu gubernari ^{hominem} subiectum autem postea
 hoc varijs necessitudinibus, & quasi inenitabilibus qui-
 busdam cupiditatibus alligatum, ut oporteat bene tran-
 sire ad hoc quod sibi placet. Nihil exgratius dicere po-
 tuisset Zirillus si aduersariorum sententiam presen-
 sisset eam qz voluisset improbare, sub proprijs eorum
 terminis, notanda enim sunt illa verba, ineffabili
 quadam & diuina virtute & efficacia usus; virtute
 entem, & efficaciam postea (ut satis explicet sensum com-
 positum) inenitabilem appellat; ~~terro~~ si virtute, & effica-
 tia Deum mutare hominum animos, (ut volunt aduer-
 sarij) admittamus, recte nos Zirillum libertatem viola-
 re, laudis meritum destruere, criminis nota conditorem
 inuere arbitratur.

15

Ad id etiam pertinet illud eiusdem Zirilli Alex. Iohani
 4^o. in Joannem 17. super illud. Omnis qui audit a pa-
 tre, & didicit venire ad me, ait enim. Vbi enim auditus
 disciplina, doctrinaqz adest, ibi fides non vi, sed persuasione
 oritur, patrociniqz Dei Patris, quod ex charitate dignis pres-
 tatur, non vi Christum fideles agnoscunt. ✕

v. 16.

Huc etiam spectat id quod inquit Anastasius Epis Anastasius
 cop⁹ Nibennis. quest. 6. in ss^{as} to. 6. biblia sancte. Si ergo
 quod vult Deus, seruat, quod autem vult perdit, neqz qui ser-
 uatur dignus est mercede, neqz qui perdit supplicijs. ✕

§ 17

Methodius vero libro de libero arbit. quem refert
 Iurrianus 4^o. contra Magdeburgenses cap. 2. & latine

Methodius apud Iur-
 rianum.

trans

transfert (sic ait) Quamobrem cum Deus hominem hono-
 rare, & scire eum meliora vellet, dedit ei potestatem, quae pos-
 set facere quae vellet; & potestatem eius ad meliora hortatur:
 non quod rursus auferat potestatem liberam, quam dedit,
 sed quod velit, quod melius est ei declarare; habet enim in-
 potestatem & mandatum accipit, sed ut velit potestatem
 ad meliora convertere, hoc Deus admonet (intellige de inte-
 riori admonitione) ut enim cum puerum aliquem potes-
 tatem habentem, pater ad perdiscendas disciplinas & ma-
 gis earum studio adherendum hortatur, declarans hoc
 ei esse melius, non privat puerum potestate, quam habet,
 si non velit sponte sua discere; sic cum Deus hominem hor-
 tatur ut mandatis pareat, non (inquit) videtur mihi
 privare eum potestate voluntatis, quae posset etiam non obe-
 dire mandato; quamobrem non vult dare praeceptum, ut
 potestatem quam dedit auferat, sed ut melius aliquid do-
 net, tanquam digno, qui maiora adipiscatur, quia parvum
 Deo; cum aliquem potestatem non parendi haberet. Ecce
 Methodius apertissime docet 1.^o nulla alia vi Deum
 hominem trahere ad bonum nisi adhortando (quod ad
 vocationem spectat) neque agnoscit aliam praemotionem.
 2.^o docet in sensu composito posse excitationi resistere vel
 pro libertate sua hominem se ipsum posse determinare
 in consensum, quod declarant singula verba & totum
 declaratur exemplo pueri.

Theodoretus

Theodoretus vero libro 5. Divi. Secretorum ca-
 pite de providentia, ait. quaedam pendere a providentia
 ut bona & mala naturalia, quaedam vero esse in nostra

potesta

potestate. in quo manifeste vult Deum non prædeter-
minare altum liberum, & cap. 8.º ad Roma. in illaver-
ba. Quos præsciuit etz ait Deum non necessitare aut co-
pere sed hortari ad bona opera. Sentit etiam præscientiã
non esse causam rerum.

19

Oecumenius, ad Thimothe. 2.º super illud. vult
omnes homines salvos fieri ait. Si ergo Deus vult, quare
non fit, quod vult? non fit, quia illi nolunt; nihil enim
ex necessitate facit in nobis Deus. Certe hic Oecumenius
non loquitur de violentia, quæ impertinens est ad propositum
sed negat omnem necessitatem antecedentem, quæ facere
posset ad efficaciam voluntatis antecedentis.

Oecumenius

E A D E M. C O N

clusio probatur testimonijs

Patrum Latinorum.

Sectio vigesima.

1 Ex latinis vero Ambrosius libro de vocatione gen-
tium 2.º vel potius S. Prosper. cap. 4.º affirmat, hominẽ
ita operari bona opera per gratiam, ut posset illa non operari. non er-
go agnoscit gratiam ita prædeterminantem, ut illa posita non posset
voluntas non operari.

Ambrosius, vel
Prosper

2

Ex doctrina etiam Hieronymi in cap. 26. Hieron. in
principio confirmatur nostra sententia, sentit enim ei loci præ-
cien

Hieronymus

cientiam Dei esse posteriorem nostris operibus, ne arbitrij le-
 datur libertas; multo ergo minus concedet Hieronymus esse ali-
 quam praedeterminationem physicam respectu actus liberi ver-
 ba autem Hieronymi haec sunt, verbum ambiguum (forsitan)
divina maiestati non potest convenire, sed nostro loquitur af-
fectu, ut liberum hominis servet arbitrium, ne ex praescientia
eius quasi necessitate, vel facere vel non facere cogatur: non
enim ex eo quod Deus scit futurum aliquod, idcirco futurum
est, sed quia futurum est Deus novit.

Item


Idem etiam Hieronymus, Epistola ad Eudibiam quas. 3
 10. Deus aequali cunctos sorte generavit, & dedit arbitrij liberta-
tem, ut faciat unusquisq; quod vult, sive bonum, sive malum:
intantum autem dedit omnibus potestatem, ut vox impia dis-
putet contra creatorem suum, & causas voluntatis illius praer-
eruet. & Infra. Si Dei patientia induravit Pharaonem
non Dei patientia accusanda est, sed eius duritia, qui bonitate Dei
in sui perditionem abusus est: liquet enim cera, & indurat lu-
tum, & tamen caloris non est diversa natura et; Ecce mani-
feste Hieronymus, ponit concursum Dei indifferentem, sicut
indifferens est vis caloris ad liquefaciendum, vel indurandum
pro diversitate subiecti, & ex hoc salvat libertatem Et ad idem re-
fert quod dicit. Equali sorte cunctos grassse, ut faciat unusquisq;
quod vult et; Quid enim profuisset aequali sorte cunctos grassse
si inaequali sorte idem liberu arbitrium praemoveret, auxiliu
efficax dese, alteri concedendo, alteri denegando.

Item

Et ad idem facit quod docet ad Galatas 1.^o ubi ad praescien- 4
 tiam, non ad praedeterminationem aliquam efficacem refert
 secretum diligendi & odio habendi eum, qui nondum natus
 est, respondens enim ad quaestionem quare a vulva unus di-

7961

215



ligatur, alius non, ait. Ad quod potest simpliciter responde
ri, hoc ex Dei prascientia evenire, ut quem scit iustum futurum
prius diligat, quam oriatur ex utero; & quem peccatorem, ode
rit, ante quam peccet, non quod in amore & in odio iniquitas
Dei sit, sed quod non aliter eos habere debeat quos scit vel pec
catores futuros esse, vel iustos. Et ad Roman. 8.^o dicit circa il
 lud. praeordinavit conformes fieri. Praeordinare (inquit)
idem est quod prascire: Ergo quos prasciunt conformes fieri in
vita, voluit ut fierent conformes in gloria Et Ezechiel. 28.
 ibi. Et dices ad eos, Isay. 16. vide Molina. in concordia dis
putatione 90. p.^o 336. Idem Ecclesiasti. 7.^o ait non ex pras
cientia Dei liberum tollitur arbitrium, sed causa ante pra
cedunt quare unumquodq; sic factum est.

Idem.

Idem.

Anselmus libro de concordia gratiae & liberi arbitrij
 cap. 2. ostendens quomodo praedestinatio non destruat
 libertatem (ait). Non prascit Deus neq; praedestinat que
inadmodum iustum futurum necessitate; non enim
habet iustitiam qui eam non servat libera voluntate;
pariter igitur, quamvis necesse sit fieri, quae prasciunt ut
& quae praedestinantur, quaedam tamen prascita, & praedes
tinata, non eveniunt ea necessitate, quae praecedit rem &
facit, sed ea quae rem sequitur (ut supra diximus) non
enim ea Deus, quamvis praedestinat, facit voluntatem co
pendo, aut voluntati resistendo, sed in sua illum volunta
te, ac potestate dimittendo. Et nota praedestinationem di
 cere propter antecessionem aeternitatis ad tempus, no
 autem propter antecessionem, secundum rationem dicit
 in decreto ad prascientiam nostram & determinationis, unde
 tam

Anselmus

tantum nomine predestinationis vult, Deum prescientem ad quod sedeterminavit voluntas, determinare se ad concurrendum cum illa voluntate consequenti. Id quod constat ex sua doctrina de necessitate antecedenti, qua denegat Deum determinare voluntatem, ut ex his verbis habemus, Et ex eiusdem toto libro de concordia lib. arbitrij. Negz quempiam decipiat verbum illud. voluntatem cogendo, ut putet Anselmum solum negare predestinationem qua proprie cogat voluntatem, nam Anselm. in hac materia non utitur nomine coactionis proprie, sed ut solum significet necessitatem antecedentem, nam lib. 2. Cur Deus homo cap. 17. & 18^o. ut dicat Caelum necessitari ad motum dicit cogi ad motum, & tandem Anselm. in toto libro de concordia procedit in hac sententia.

de usu huius nominis coactio v^o infra secti. 25. num. 7.

Enodius ad Constantium apud franciscum Turrianum 4^o Maadeburg. c. 2.

Enodius Ticinensis, ad Constantium, contra quem 8
dam qui libertatem voluntatis in ijs qua ad salutem pertinent tollebat, ait. Quae est ista libertas? (si valet) ediserat, ubi hoc datur solum velle quod punitur, aut quare electione nominet, ubi unam tantum partem afferit fuisse concessam. Ecce negat dicendam esse libertatem, ubi voluntas ad unam ^{tem} determinatur.

Beda

Beda to. 8^o. variarum questionum, quas. 13 col. 406. scrutans quomodo libertas stet cum predestinatione, affirmat. Deum nos non cogere ad malum, sed potius nos cogere eum ut videat malos. Et eandem doctrinam tradit de bono opere, Et expresse solum agnoscit necessitatem ex suppositione operis, nullam vero ex predestinatione physica antecedenti; Et satis patet Bedam, non loqui de coactione propria: nam ea significatio non potuit ei in mentem venire, nos cogere Deum ut videat malos, sed loquitur de predesti-

natione inevitabili, & infallibili se de se efficaci.

10 Non immerito inter Patres connumerandus se se offert
 Alfonsus Tostat^{us} Episcop^{us} Abulensis, qui in parte 2^a super
 Josue cap. 11. quas. 76. non aliter concordat scientiam
 Dei futurorum contingentium cum libertate, nisi dicendo
 scientiam divinam supponere nostris actus iam determinatis
 unde circa medium questionis folio 31. col. 1. ita loquitur
 Ihes^{us} licet intelligat Deus omnes actus nostros, non imponit ei
 necessitatem licet non possint aliter evenire, quam ipse cogno
 vit; quia ipse agnoscit eos ut presentes, cum omnia presentia
 ei sint, cum aeternitas coexistat omnibus; Et quia ipsi (scilicet
 Actus) determinati sunt ad unum modum. Et paulo post
 dicit. Illi qui circa hanc questionem difficultatem magna
 inveniunt; patiuntur eam, non quod in natura rei sit, sed ex
 habitudine intellectus, quia non cognoscunt modum essendi
 & intelligendi Dei. Et Infra. Nam si quis concesserit, Deum
 praecognoscere res futuras antequam fiant, & disponere de illis,
 quo cumq; modo respondeat, erit impossibile quod evadat, quin
 arbitrij aut nulla sit libertas, aut divini iudicij nulla certi
 tudo.

11 Idem etiam in cap. 18. Mathei. quas. 36. expli
 cans illa verba. necesse est ut veniant scandala, dicit, illam
 necessitatem non tollere libertatem, quia est necessitas pra
 ueniens ex praescientia, praescientia vero est praedestinatio Dei
 non praecedunt nostra opera, sed sequuntur, verba eius sunt.
Libertas non tollitur in quantum praedestinatio, & praesci
 entia non praecedunt ~~operatio~~ operatio ~~operatio~~ ~~operatio~~ ~~operatio~~
 supprunt ergo nihil esse ante operationem, quo posito aufer
 ratur

Tostat^{us} Abulen.

Idem

ratur facultas resistendi, & quast. 63. eandem doctrinam habet clarissime.

Isem

Et Sexta etiam 7^a in Mathem. cap. 22. quas. 12
229. ait. precipue differt agens liberum à naturali, quantum ad principium agendi, quia in agenti libero, voluntas est principium, & ideo agens liberum indeterminatum est sed ipsum se determinat.

S. Bonaventura

Accedat etiam medius inter Patres & Scholasticos
D^{res} Bonaventura in 1^o D. 40. ar. 2. questio. 1. tractans an predestinatio inferat necessitatem salutis libero arbitrio, post principium corporis. Notandum (inquit) quod predestinatio duo importat, & rationem prescientie & rationem cause; in quantum dicit rationem cause, non necessario ponit effectum, quia non est causa per necessitate, sed per voluntatem. Et iterum non est tota causa, sed cum alia causa contingente, scilicet cum libero arbitrio etz.
Ex hoc patet obiectade necessitate inferendi, impossibilitate cassandi & discordandi, hac enim omnia dicunt necessitatem consequentia, solum quia insunt predestinationi, non per rationem causalitatis, sed preconiitionis. Ex his constat S. Bonaventuram, negare Deum in ratione cause, ponere necessario effectum liberum, nihil ergo agnosuit ex parte Dei quo posito, necessario causetur effectus. Constat etiam ipsum sentire, ideo in predestinatione non auferri libertatem, quia tantum est necessitas consequens, negat ergo auxilium antecedens preterminans; necessitas enim, quæ ex illo oritur esset antecedens. Et in 2^o dis. 37. ar. 1. quas. 1^a
ad ultimum inquit. Hæc autem, (scilicet excitatio) requiritur in bonis meritorijs, in alijs vero operibus indifferentijs
vel

Isem

14

vel etiam malis, non est nisi sola cooperatio divina virtutis. Et infine, propter quod conceditur ibi esse cooperatio (scilicet prima causa) non preventio, vel subsecutio.

15 Ad idem faciunt ij patres, qui negant Deum prae deter minare voluntatem ad alium peccati, qui loquuntur procul dubio, respectu entitatis peccati; id enim ponunt ad salvandam libertatem, qua nulla ratione salva maneret, respectu peccati simpliciter, si salva non maneret respectu entitatis alius peccati; non enim libertas exercetur per se primo circa formale, quod nulla potentia in homine libero potest separari a materiali, sed exercetur circa materiale ad quod sequitur ipsum formale. ij sunt, Augustinus sapientissimi, Fulgentius de regie lib. 1. ad minimum, Beda supra, Boetius 1^a citandus, & plerique alij Patres, imo & Plotinus Philosophus lib. 3. Aneyda. 3. cap. 4. dicens, actus malos non esse a providencia (scilicet tanquam a prae deter minante vel prae definiente efficaciter. Et omnes iuxta aduerriorum sententiam idem docerent de actibus bonis; & ut minimum destruunt eorum potissimum fundamentum (scilicet) quod de ratione prima causa est, ut prae deter minet omnes effectus qui ex illa dependent, & ad eos applicet & prae moneat causas secundas etiam liberas, qua ratio etiam procedit in actibus malis, cum etiam in quantum alius sunt dependant a prima causa.

Autres qui docent Deum non prae mouere ad alium peccati destruit fundamentum aduerriorum

Aug. fulgen. Beda Plotinus

16 Hanc etiam sententiam manifeste supponunt Patres illi, qui existimant, non ideo rem futuram, quia prae sciunt; sed ideo Deum prae sciire quia futura erant; nam cum hoc doceant eo fine, ut explicent, prae scientia Dei non lesi libertate

Patres qui docent non ideo rem futuram quia Deus prae sciunt, sed ideo Deus prae sciunt quia res est futura.

Vides

Et ideo dicant esse prae scientiam posteriorem suo obiecto, ne si admittant esse priorem ledatur arbitrium, multo magis negabunt aliquam praedeterminationem esse priorem ne per illam ledatur arbitrium. Quod si esset talis praedeterminatio, potius res diceretur futura, quia praedeterminata a Deo, quam quia scita, quod tamen (ut dixi) ij Patres videntur negasse. Praefatam vero Sententiam Praeter Hieron. proxime citatum Expressedocuit Iustinus Martir, in expositionibus questionum ^{at} doctibus propositarum quas. 58. vel quisvis sit autor illius libri. Item Origenes lib. 7. in Epist. ad Roma. in illud cap. 8. Quos praesciuit. Damasco. dialogo adversus Manicheos. Chrysosth. homi. 60. in Mathe. super illud Mathe. 18. remundo ascandalis, Augustinus 9. de Ciuita. Dei cap. 10. Grillus 9. in Ioan. cap. 10. Leo Papa sermone 16. quorum clarissima verba affert Molina in concordia disputa. 6. 90. pag. 336. quibus adde Bedam supra, & Boetium 5. de consolatione prosa. 6. qui ait. Si video iacentem aliquem, necessitas ei non infertur a visu meo ut iaceat; sed potius a iacente infertur mihi necessitas ut videam. Quo etiam exemplo utitur Beda supra. Idem Boetius prosa. 4. sic obiicit sibi. Si praescientia (inquies) tamen si futuris eueniendi necessitas non est, signum tamen est necessario ea esse ventura. Et Respondet sic. Hoc igitur modo etiam si praecognitio non fuisset, necessarius futuroy exitus esse constaret; omne enim signum, quod sit tantum ostendit, non vero efficit quod designat. Anselmus etiam libro de concordia liberi arbitrij cum praescientia, cap. 1. late docet, praescientia

Justinus

Origenes

Damasco.

Chrysost.

Cyrillus
Augusti.
Cy. & Illus.
Ser. pp.

refert Molin.

Boetius

Idem Boetius

Anselmus.

tiam non esse causam futuri eventus Liberi
Et circa hac primum observetur, licet Testimo-
nium Chrysostomi loquatur de predictione eandem ta-
men esse rationem omnino, & intentionem Chrysostho-
mi circa praescientiam.

17

18 Secundo observandum est, neq; Molinam, neque
reliquos, qui hanc doctrinam sequuntur, dicentes. Quia
aliquid futurum est, ideo Deus praescit esse futurum, loqui
de propria causalitate, sicut nec ipsi Sancti de propria causa
litate loquuntur, & Molina in eadem disputa. pag. 334
vers. ex his, aperte supponit oppositum. Quamvis Deus
(inquit) nullam scientiam sumat a rebus esse & pag. 33 &
idem aperte id explicat exponens Justinum, & docet in illa
causali propositione, non significari effectum futurum esse pro-
prium causam scientiae divinae, sed rationem quare scientia
divina, per respectum rationis terminatur ad res futuras
quatenus (inquit) hic respectus pendet ex eo quod illae ex suis
causis sint futurae, ut explicatum est. quo fere modo idem
expressit Mag^s. Senten^{as}. d. 38. dicens. futura esse cau-
sam sine qua, non praescientia Dei & non causam proprie,
quia non physice causant illam & Hugo de Sacramen. p.
2. cap. 6. dicit. Si futura non essent, in Deo praescientia
non esset, sed ex hoc nihil minus in Deo fuisset, quia ipsa qua
praescientia est, scientia fuisset. ubi docet substantiam ac-
tus scientiae non pendere ex futuris sed solum respectum
rationis.

Inca p^o qⁱ
futur^u est deus sci^t
no nullu^m Molⁱ
propria causalitate

E A D E M. CONCISIO

probat.

Probatur. auctoritate

Scholasticorum

Sectio vigesima prima

Præter S Thomam de quo multa supra sectione. id. & Bonaventuram, de quo etiam sectione præcedenti, sunt plures, hujus magni nominis auctores scholastici, qui eandem docent sententiam.

Alexander Alensis.

Primus sit Alexander Alensis 1^a parte quaestio. 23 memb. 3. art. 4. qui in ultimis verbis affirmat. Causam superiorem neque esse determinatam, neque cogere inferiorem ad hoc ut res sit. Idem ferè quas. 26. memb. 4. art. 3. Docet enim, liberum arbitrium non cogi a Deo ad hoc vel illud faciendum, explicat autem, per coactionem se intelligere eam qua aufert libertatem faciendi quicquid voluntas vult, & memb. 7. art. 2. tractans an in divina providentia imponat necessitatem rebus, respondet, Divinam providentiam, in iis que sunt à libero arbitrio, non imponere necessitatem, quod hæc res sit vel illa, sed necessitatem ordinis, quo ordinentur postquam sunt. Et probat ex Damasceno quem ita citat, Deus omnia præcognoscit sed non prædeterminat, non enim compellit virtutem, id est, non prævidet cum coactione faciendi. Hæc Alensis est quibus constat Alens. non cognoscere aliquid physice determinans ac proinde cogens voluntatem, neque ordinare Deum (scilicet, efficaciter) ut actus voluntatis sint, sed tantum postquam sunt etc.

Scotus

2 Scotus in 4^o. dis. 1^a. quest. 1^a. ad ultimum Scotus.
 docet eam esse differentiam inter causam secundam &
 instrumentum; quod causa secunda, nullam de novo re-
 cipit in se virtutem quando agit, sed agit per virtutem in-
 trinsecam, quam antea habebat; at instrumentum cum
 agit recipit novam virtutem. Verba eius post alia sunt.
Causam etiam secundam (id est) qua habet formam alti-
uam in esse quieto, agere in virtute alterius, non est re-
cipere tunc aliquid ab alio altero; sed tantum habere ordi-
nem inferiorem ad illud alterum agens in suo ordine si-
mul; sed instrumentum (id est) recipiens formam alti-
uam in motione, agere in virtute alterius est, tunc actualem
accipere formam ab eo per quem agit: Et ex hoc patet, quod cau-
sa prima in causam secundam proprie dictam, quando si-
mul agunt, non est influentia nova alicuius in haerentis
esset. Ex quibus constat Scotum, nullam praedeterminatio-
nem physicam, inter causam primam & secundam cog-
novisse.

3 Caietanus. 1^a. par. quae. 14^a. artic. 13^o. aper- Caietanus
 tissime & late docet nostram sententiam, disputans con-
 tra Scotum: Etenim Scotus dixit Philosophos late enter con-
 cessisse duas contradictorias dicentes aliquid contingenter
 fieri, & primam causam necessario causare, & id probat
 hac ratione. Causa quae movet, in quantum movetur,
 necessario movetur; sed omnis causa secunda movetur & agit
 in quantum mota a prima: ergo si necessario movetur a
 prima, necessario movetur. Probationi respondet Caieta-
 ubi supra dis. Neg. sustinendus. Respondetur (inquit)

ep

Ex 2^o capite. Primò ly in quantum mota ab
alia, aut ostendit causam precisam, aut concausam:
si precisam, sic illa propositio implicat in adiecto, si em̄
causa secunda est causa, ergo non precise mouet, quia
mota, sed etiam ex se aliquid confert; Et si precise mo
uet in quantum mota, nihil ex se mouet, Et sic non est
causa. Ecce imprimis Caietanus vult aliquid conferre
causam secundam, Et voluntatem, non ex promotione
causae primae, atque adeò si in eo quod sic confert, libera sit,
non praedeterminatur ex promotione causae primae; unde
Et subdit. Si verò causam, principalem tamen: negatur
assumptum, quia stat quod necessario moueatur, Et non ne
cessario moueat aliud; quia motio causae prioris modifica
tur in causa secunda, secundum modum ipsius causae se
cunda, Et sic licet a prima causa moueatur necessario se
cunda, recepta tamen motio in secunda, si secunda imagi
netur contingens, modificatur contingentia recipientis.
Ecce ratione eius quod causa secunda libera ex se confert,
Et non precise, ex promotione causae primae, quod proinde
causa secunda potest continere, Et non conferre; docet Caietanus
manere contingentiam in effectu etiam si causa
prima ageret necessario: docet etiam concursum causae pri
mae modificari in causa secunda; atque adeò secunda causa
non modificatur à prima, ut aduersarij contendunt.
unde subdit. Et quoniam prius natura modificatur (sci
licet, concursus causae primae in secunda) quam impel
lat ad mouendum, motio illa iam modificata ad causam
contingentem, mouebit secundam ad mouendum, nõ

necessario sed contingenter. Et infra. Nursus di-
tingitur ly, mota ab alio, scilicet aut motione preuia
propria actioni, sicut aqua calefacit, calefacta ab igne,
 aut motione cooperante intrinsece ad propriam actionem
 Et infra. Talis est cooperatio prima causa, de qua scrip-
 tum est, quod attingit a fine usque ad finem fortiter, Et di-
ponit omnia suaviter, iuxta (scilicet) modum cui usque
cooperans uniuersis. Ecce exprasse negat, causam primam
mouere causam secundam, motione preuia motiui cause
prima, sed solum cooperante motione, Et simultanea; Et
 statim ait. Ad secundam vero obiectionem dicitur, quod
illa prioritas (scilicet causa prima) uniuersaliter non est
secundum aliquam quasi durationem naturae etc; sed
est secundum independentiam, Et immediationem virtu-
tis etc. Ecce in quo ponat Caietanus, prioritatem prima
causa. Eadem prorsus Et clarius quest. 19. artic. 8. Et
quest. 23. ar. 7.º notat ex textu S.º Tho. quod numerus
individuum incorruptibilium, extra speciem humanam
non est certus Deo prediffinitive, sed præcognoscitiue Et quest.
14.º ar. 13. aperte docet, causam primam non cauare ali-
quid prius natura, quam secundam. Verba eius sunt, ad
secundam obiectionem dicitur, quod illa prioritas non est
secundum aliquam durationem naturae, ut in uno instanti na-
tura, attingatur effectus à causa prima, Et in alio à secunda.
 Et infra docet, effectum in eodem instanti natura ab utraque
causa attingi. Negat ergo Caieta. Deum prius natura cau-
sare effectum liberum, quia pro illo priori daret illi necessita-
 tem, atque adeo negat predeterminationem ex parte Dei.

Idem Caieta.

Idem Caieta.

Marsilius.

Marsilius in 1^o quæst. 29. ar. Etsi speciali
ter loquatur de materiali peccati (de quo tamen aduersarij
dicunt, eandem rationem esse ac de actu bono) generaliter ta-
men intelligendus videtur de omni actu libero propter eius
generalem rationem, ait igitur. Diuina voluntas non co-
currit ad materiale peccati, nisi in quantum nostra vo-
luntas præuenit ipsum Deum. Et infra ad soluendum primam
rationem principalem præmittit. quod Deus concurre
ad bona, ut eorum principalis auctor, voluntate sui beneypla-
citi; ad actus autem mali substantiam, ut eius bonitatis
principalis auctor, quem tamen producit quasi præuentus
libertate voluntatis eum producentis, cum qua statuit
se concurrere in ijs qua voluerit libere efficiere in se.

4

Gregor. de Arimino.

Gregorius de Arimino. 1. D. 38. quæst. 2^o ^{art. 2} impugnans
Scotum quod doceat, Deum in determinatione sua diuine
voluntatis cognoscere futura, sic ait. Concesso tali processu
intellectus, & voluntatis Dei circa futura, quamuis ex hoc
forte pateret, qualiter Deus determinate cognoscit futura fi-
enda ab eo solo, aut ab eo, & causa creata naturaliter cau-
sante: non tamen sic potest haberi quod certè cognoscat fu-
tura dependentia à contingenti libertate voluntatis crea-
te, quia sicut arguit vnus contra istum, aut determina-
tionem voluntatis diuinae circa futura existentia à co-
tingenti dependentia à libertate voluntatis create, neces-
sario sequetur determinatio voluntatis create circa idè
aut non: si sic, ergo ita naturaliter agit voluntas crea-
ta sicut quæcumq; causa naturalis; quia sic voluntate
diuina existente determinata ad vnum oppositorum, non
est in potestate rei naturalis, non coagere, & ipsa nō
deter

4

Determinata non coagit causa naturalis: ita ro-
 tate divina existente determinata, respectu alicuius-
 actus producibilis à voluntate creata, voluntas non po-
 test liberè non coagere; hoc autem est falsum quia tunc
 nullus eius actus esset sibi imputandus. Si vero determi-
 nationem voluntatis divinae, non necessario sequitur
 determinatio voluntatis creatae, tunc ad sciendum, utrum
 effectus ponetur, vel non ponetur, non sufficit nosse deter-
 minationem voluntatis divinae, sed oportet nosse cum
 hoc, determinationem voluntatis creatae, quia ut patet
 ex dictis, non cognoscitur per determinationem volun-
 tatis divinae; & per consequens per talem determinatio-
 nem, non apparet quod Deus habeat certam notitiam
 omnium futurorum. Ex his constat quod supra di-
 ximus sectione 3. n. 9. nullam prorsus Gregoriū agnoui-
 sse prædeterminationem, etiam circa actus bonos, nam
 & generaliter loquitur, & ratio eius generalis est, est præ-
 motionem aliquam Divinam posuerit ad actus bonos: qua
 duo qualiter conciliandasint supra iam explicatum
 est sectione 3.^a

6 Capreolus in 1.^o dist. 38. art. 1.^o solvens argumē-
 ta præcipue illa quæ sunt contra quartam conclusionē, ^{Capreolus} spali ad 2. v. 3.
 sepe dicit causam primam, non prius attingere effectum
 quam secundam. Quin solutione secundi docet. quod da-
 to quod causa prima prius natura attingeret effectum,
 quam secunda, non tamen in aliquo signo priori, quam
 signum in quo attingit secunda. Nullam ergo prædeter-
 minationem causa prima, ponit Capreolus; imo illa
 in

in hac materia videtur negare \mathcal{L} .

Ocham.

Ocham, in 1^o dist. 38. quæstio. unica. \mathcal{L} circa 7
istam opinionem. cum impugnatur eam sententiam
quæ asserit Deum cognoscere futura contingentia in præ
determinatione sua voluntati, hæc ratio videtur.
Aut illam determinationem necessariè sequitur deter
minatio, aut productio voluntatis creatæ, vel non: si sic,
ergo ita naturaliter agit voluntas creatæ sicut quæcum
quæ causa naturalis, quia si voluntate divina existè
te determinata ad unum oppositorum, non est in potes
tate causæ cuiuscumque naturalis, non coagere, & ipsa non
determinata non ~~agit~~^{coagit} causa naturalis; ita voluntate
divina existente determinata, voluntas creatæ cogeretur
nec haberet in potestate sua non coagere, & per consequens
nullus alius voluntati creatæ esset illi imputandus etc.
In qua ratione manifestè supponit huius autor prædeter
minationem ledere libertatem.

Gabriel.

Gabriel in 2^o dis. 37. ar. 1^o. littera f. tractans \mathcal{L}
quomodo cum concursu generali Dei stet libertas huma
na voluntati (sic ait) ad libertatem autem voluntatis
sufficit, quod omnibus ad productionem effectus requisitis
eodem modo se habentibus, sit in potestate sua ita non produ
cere sicut producere, ut supra dictum est dis. 29. & hoc con
venit voluntati creatæ. & cum arguitur: si requiritur
concausatio primæ causæ non habet effectum in sua potesta
te, negatur consequentia: & ratio est, quia primam causam
concausare, habet voluntas creatæ in sua potestate; nam vir
tus

tus divina cuiusq; concedit antecedentia, concederet
 & consequentia, quantum est ex se, nisi esset impedimē-
 tum; dando autem voluntati libertatem dedit & omnia
 opera quae sunt in eius potestate; ideo Deus semper cogit
 ad omnem actum quem vult ^{ellicere} ellicere, ergo semper est voluntas
 ante instans quo ellicit actum, potens ellicere, vel non ellicere
 actum. Vbi notandum est non idè dixisse ante instans
 et; quia in ipso instanti praedeterminaretur à Deo, id e-
 nim repugnat toti contextui, sed quia libertatem & indif-
 ferentiam libertatis, putat hic autor salvandam esse non
 in instanti operationis sed antea, quod ultimo ipse resoluit du-
 bio 4^o quast. 29. vel certe loquitur de instanti ut dici solet
 etiam de significatione. Et paulo infra quaerens an Deus
 sit causa immediata omnium actuum, arguit quod Deus
 determinat creaturam, quia inquit. Si neutra determi-
 nat aliam non esset ordo essentialis inter causas, & neutra
 erit mouens & mota; Rursus his verbis argumentatur.
 Si voluntas Divina, non determinaret nostram, posset il-
 la aliquid velle, quod non fieret, propter voluntatem noi-
 tram non concordantem. Respondet tamen Gabriel ne-
 go consequentiam nam in hoc est ordo essentialis, quod vo-
 luntas creata non potest ellicere actum, non concurrente
 prima; & ad replicam dicit. Quod licet divina voluntas
 non determinet nostram, nihil obstat, quia nihil vult
 divina voluntas, voluntatem creatam velle, nisi quod
 vult voluntas creata, ad hoc enim divina voluntas se de-
 terminat, dando voluntati creatae libertatem; si qui-
 dem nihil aliud est dare libertatem voluntati, nisi da-

re ei facultatem efficiendi, & non efficiendi, & ad quæ
libet actum, quem efficere voluerit, velle sibi cooperere.

Ex quibus constat, hunc autorem sentire Deum, & volunta-
tem creatam producere actus humanos sine priorita-
te inter se, licet creata causa non possit agere, nisi con-
currente simul prima. Eandem sententiam habet Ga-
briel, in 2^o dis. 1. quest. 2. ar. 1. notab. 2. Et arti. 2.
conclu. 4. Et art. 3. dub. 4. Et in 1^o dis. 4. 5. quest.
unica, conclusione ultima.

Idem Gabriel

Almaynus

Almaynus tit. 1^o Mora. Cap. 1. eiusdem est sente-
tia, imprimis enim libertatem sic diffinit. Est facultas
quam ipsa potentia, omnibus alijs positis prævijs, necessario
requisitis, habet in sua potestate agere & non agere; Et
paulo ante dixerat, Libertatem voluntatis, requiritur
ad bonitatem, vel malitiam moralem, non esse liberta-
tem complacentia, sed contingentia. Et infra. Actum
enim libere produci libertate contingentia, nihil ali-
ud est, quam actum illum ita produci à sua causa, siue
esse in potestate sua causa, quod omnibus alijs positis, &
prævijs qua necessario requiruntur ut illa causa produ-
cat, adhuc est in potestate illius cause liberum actum pro-
ducere. Et postea proponens argumentum ex priorita-
te concursus primæ cause, quo posito, non potest voluntas
non operari & tamen adhuc operatur libere, Respondet cum
Dionisio, concursum Dei non esse de prævijs sed de concomita-
tibus. Replicat, quia saltem voluntas Dei, qua vult volu-
tatem creatam agere, est de prævijs. Respondet. Ad huc di-
co, quod Deum velle, non est præuium sed concomitans

9

Et

Et si mulse habens. Verum est, quod post hanc solu-
tionem apponitur aliam, qua possent uti aduersarij; sed
prima stari voluisse, ~~et~~ constat ex toto contextu.

io Hieronymus Augustus Libro primo suorum mo-
ralium fol. 3^o. pag. 2. eandem tenet sententiam: itaq;
ait. Proprium est agenti libero posse, absq; extrinseco se
determinante, determinare se ipsum ad altum, vel ad con-
trarium, vel ad neutrum; in hoc enim consistit liber-
tas. Et fol. 2^o. pag. 2. ait. Agens liberrime, potens ex
se in opposita etq; addiderim, ex se; id est, propria eius deter-
minatione.

Hieronymus Au-
gustus

ii Joannes de Bomania in suo libro de ^{praedict} quadraginta ab
hinc annis edito, ad eam veram existimat nostram senten-
tiam, ut in 2^a. p. de libero arbitrio, pag. 103 putet obs-
curare doctrinam clarissimam Concilij Tridentini, eos
qui aliter eum interpretantur, ut supra retulimus. sect.

Joannes de Boma-
nia.

12 Cordova, lib. 1^o. questionum, quibus § 9. dubio 8^o.
impugnat sententiam quae dicit, Deum cognoscere alt⁹
liberos humanae voluntatis, in praedeterminatione sua
voluntatis; hanc (inquam) sententiam, sic impugnat.
Nam prius ordine naturae, determinatur divina volu-
tas a nostra voluntate, quam ipsa se determinet ad
volendum et concurrendum, cum nostra voluntate
Et eadem questione dubio 10. in quo explicat quo-
modo stet libertas voluntatis creatae cum concur-
su primae causae. §. sed notandum est, in fine, sic ait.

Cordova.

volu

88
410 1162
Voluntas autem nostra, non solum modificat præ-
dictam voluntatem diuinam vniuersalem, quo ad
modum, ut libere cum ea concurrat; sed etiam deter-
minat quo ad speciem actus, & quo ad ipsos actus singu-
lares voluntatis, ita ut non prius ordine natura volun-
tas diuina ab æterno velit, aut se determinet ad concur-
rendum actualiter in tali tempore cum nostra volun-
tate, sed postquam nostra voluntas præuisa est, quod se ta-
li tempore determinabit. Et paulo infra addit ratione
quia nisi Deus sic fauere decreuisset ab æterno, non
bene saluaretur libertas arbitrij.

Hieronymus Peres
Generalis ordinis
B. Maria de Mer-
cede.

Hieronymus Peres, Generalis ordinis Beata
Maria de Mercede, in expositione super primam ^{sem}
S. Thomæ, edita anno 1548. in artic. 7. questionis
23. eandem tenet sententiam; ait enim notabili 3.
Dubij vel artic. 1. Numerus individuorum corrup-
tibilium, quæ non sunt partes principales vniuersi, sed po-
tius ordinantur ad specierum conservationem, est solū
cognitus præcognitiue, sed non præfinitive.

Dionisius.

Dionisius in 2. sententiarum (referente Almay no
supra) dicit. Res dicitur libere fieri, quando omnibus præ-
uisis necessario requisitis, ut producatur ab ipsa causa
posita, adhuc est in potestate ipsius non producere. Et iux-
ta hæc ne concursus Dei deroget libertati, dicit. quod con-
cursus Dei non est de præuisis sed de concomitantibus
Et hanc ponit differentiam inter cognitionem ob-
iecti voliti & concursum Dei, quod scilicet, ut volun-

tas producat actum, vel volendi, vel nolendi, gravia dispositio necessario requisita est cognitio illius obiecti voliti, vel noliti, quae ut dictum est, est prior saltem natura productionis voluntatis: concursus autem Dei, sine Deum velle, non est prior tempore productionis actus voluntatis sed concomitans, & simul se habens, & per consequens, non est ex praevijs necessario requisitis ad actus voluntatis productionem; sed ex simul se habentibus. Porro quod hic autor dicit, non est prius tempore, non ideo dicit, quia solui neget prioritatem temporis & non etiam prioritatem natura, id enim est extra propositum contextus, & etiam esset contra prius dicta: sed sic videtur legendum, quod scilicet in ipso tempore, seu potius, in ipso instanti productionis voluntatis, non est prior (scilicet) absolute vel non est prior natura.

is

Andreas de Castro nouo in 1.º sententiarum, distinc. 22 per multas quaestiones, citatus a Ruaro Japper, ar. 7. pag. 228. docet Deum non prius causare quam creatura eundem effectum; & Deum esse causam primam primitate perfectionis, illimitationis, & durationis secundum esse, non secundum causare & ordinem causarum essentialium solum esse ordinem perfectionis, illimitationis, & necessitatis, quia necessario causa prima requiritur.

Andreas de Castro nouo

ib

Eandem sententiam ex professo feruntur defendere Flaminius Nobilius in suo libro de predestinatione Roma excusbo, lib. 1.º cap. 9. & Petrus de Emate Parisiensis in sua confessione catholica in opusculo de predestinatione. Verum quia non fuit mihi copia horum autorum

Flaminius Nobilius & Petrus de Emate

res

res videndi ideo eos cum alijs multis ommitto.

17

Mag. Mancius

Possent etiam citari in hanc partem, ex Patribus Dominicanis non pauci ij qz gravissimi; Duo sufficient pro multu, alter sit Magister Mancius olim in cathedra primaria Salmanticensis Academia docens, Et propter suum singulare ingenium, eximiamqz doctrinam, non solum Hispani nostri, sed exteris etiam notissimus. is publice docuit Et ex sua primaria cathedra, suis auditoribus scribendam dictavit nostram sententiam.

M. Sa. Vincencij.

Alter sit Magister Joannes Vincencius, olim publicus Theologie professor in eadem Salmanticen. academia, qui ibidem publice, Et latissime simul Et eruditissime docuit, Causam primam non prædeterminare causam secundam liberam præmotione aliqua, & supra determinatione physica, Item nullo modo Deum prænovere voluntatem ad actum peccati etiam pro materiali, quã sententiam ita certam reputat, ut ab ea sola auctoritate ecclesie se posse dimoveri affirmet. Ponit quidem quardam prædiffinitiones morales ad actus bonos, quas non late explicat; certè tamen nihil aliud velle videtur, præterquam vocationem conorvam, quam supra explicuimus docere Augustinum quia Deus præmouet hominem, quando Et quomodo sit illum esse consenturum. Latius poterunt Judices Horum duorum authorum Mancij (scilicet) Et Joannis Vincencij sententiam cognoscere, ex manu scriptis, ab iisdem dictantibus, per discipulos exceptis, quæ in supra mo S^{te} Inquisitionis Senatu exhibitæ sunt.

PROBATA TUR. EADÈ.

sen

Probatu r ead e m .

Sententia a u t h o r i t a t e
D o c t o r u m q u i c o n t r a h e
r e t i c o s h u i u s t e m p o r i s
s c r i p s e r u n t .

Sectio viges^a secunda.

In hac contro uersia magnam procul dubio au
t h o r i t a t e m h a b e n t , q u i c o n t r a h a e r e t i c o s h u i u s t e m p o r i s
s c r i p s e r u n t , q u o d c o n t r o u e r s i a s i t u t r u m o p p o s i t a s e n t e n
t i a i n h o r u m e r r o r e s d e p l i n e t , q u o s i j a u t o r e s d i l i g e n t e r
i n p r o p r i j s e o r u n d e m h a e r e t i c o r u m l i b r i s s e r u t a t i s u n t , q u o d
q u e e a s , i n t e r s c h o l a s t i c a s d i s p u t a t i o n e s , s e n t e n t i a s e l i g a n t
q u a a d e m i n c e n d o s h u i u s t e m p o r i s e r r o r e s , e o r u m q u e a r g u m e
t a d i s s o l u e n d a , a p t i s s i m a e s u n t ; i d q u o d c e r t e c a t h o l i c i s o m
n i b u s o p t a n d u m m a x i m e c u r a n d u m e s t . I o i t u r i n t e r
h o s a u t o r e s s i t p r i m u s .

1 S a n c t u s P r o f e n s i s M a r t y r a r t i c u l o 36. c o n t r a L u t h e
r u m , q u i r e f e r e n s e u n d e m L u t h e r u m d i c e n t e m u t s u p r a
r e t u l i m u s . N o n d a r i a l i q u a m i n f l u e n t i a m D e i g e n e r a l e m
q u a s i t i n p o t e s t a t e n o s t r a n a t u r a l e s o p e r a t i o n e s o p e r a r i . e i j
s e n t e n t i a m r e f e l l i t , e t o p p o s i t u m t e n e t . Q u i s e n i m (i n q u i t
P r o f e n s) n o n c o m p e r t i s s i m u m p u t e t , s e p o s s e p e r i n f l u e n t i a m
i l l a m g e n e r a l e m s t a r e , v e l s e d e r e , s i l e r e , v e l l o q u i . u b i m a
n i f e s t e r e d u c i t d e t e r m i n a t i o n e m h o r u m a c t u u m , n o n i n
c o n c u r r u m d e t e r m i n a t u m c a u s a e p r i m a e , s e d i n l i b e r a m
d e t e r m i n a t i o n e m v o l u n t a t i s .

S. Profensis
Martyr

2 J o a n n e s D r i e d o n d e c a p t i u i t e t r e d e m p t i o n e g e n e r i s J o a n . D r i e d o n
h u

humani, tractatu 4^o. fol. 102. pag. 1. in principiis
dicit ex duobus equaliter vocatis contingere alterum non
reluctari, alterum resistere: verba sunt. Ex his iam
possumus reperire causam unam propter quam duo equa-
liter, divinis instinctibus & admonitionibus tracti, non
equaliter credunt, aut obediunt Evangelio: quia iniqua-
liter sunt affecti. Et tractatu 9^o cap. 4^o. fol. 133 pag.
2. ait alios credere, quia volunt credere, alios non credere.
Ad ultimam (inquit) confirmationem secundi argumē-
ti, ex doctrina Augustini dicentis, inter eos qui audiunt
Evangelium predicari, alij credunt, quia in eis prepara-
tur voluntas à Domino, alij non credunt, quia in eis volū-
tus à Domino non preparatur. Respondeo, hoc utiqz verū
esse, & nihilominus etiam verum esse, inter eos qui au-
diunt Evangelium, alios credere, quia volunt credere
& alios non credere quia nolunt credere, & assignavit
Augustinus pro causa motus credendi utramqz videlicet
tam humanam voluntatem, quam divinam prepa-
rationem: quemadmodum super Joan. dicit de Judeis, prop-
tereā non poterant credere, quia noluerunt credere, quia
oculos suos clauserunt. Certè attigit mentem Augustini
qui hanc differentiam credentis à non credente, retulit
tanquam in causam physicam, in ipsa voluntate & cre-
atas, quarum altera consentit, altera resistit virtuti eius-
dem vocationis; ulterius tamen etiam reducit in De-
um, qui suo mero beneplacito illum vocavit vocatione
congrua, cui scilicet praei debet Deus hominem con-

sensurum. hunc vero licet vocarit vocatione eiusde
 virtutis dese, non tamen hic omnino congrua, sed ea cui
 prouidebat Deus eum repugnaturum. Idem in Libro
 de concordia Liberi arbi. cum predestinatione §. 1^a. cap.
 4^o. ad secundum argumentum, in fine solutionis,
 docet necessariam quidem esse ad credendum interiore
 suggestionem & suasionem Spiritus Sancti quapropter
 trahit credentes; huic tamen interiori suggestioni vel
 suasioni, alterum resistere, alterum non resistere. Resp.
 (inquit) vnusquisqz audiens Euangelium sibi predi-
cari habet potestatem qua potest & Deo adiuvante credere,
& ex se contemnere, aut non credere; & ita sola predicatio
fortis, pulsans, non sufficit ad hoc, vt quispiam christia-
na fide valeat credere. Nemo credit, nisi quem Pater
trahit intus, suadens, suggerens per Spiritum Sanctum
uificantern. De Syrijs autem & Sydonijs dici mus
quod ipsi vtriqz credidissent, si virtutes illa, qua facta fu-
erant in Judea, in illis facta fuissent; sed huiusmodi
virtutes fuerunt non solum miracula & verba foris
impensa, sed & beneficia quadam intus pulsantia In
deorum pertinacium corda. Ecce intelligit posita equa-
litate, non solum exterioris predicationis, sed & benefi-
tiorum interius pulsantium inter Syrios, ac Sydoni-
os, & Iudeos; hos restitisse illis beneficijs & praueuien-
tibus auxilijs, quibus illi consensissent. & ibidem in
solutione ad 3^m & vbiqz, differentiam operantis à nō
 opera

Idem

operante, reducit in gratiam predestinationis. hoc est in gratiam qua Deus voluit vocare operantem vocatione congrua, id est cui praevidetur hominem consequurum.

Thomas Ualden.

Thomas Ualdensis 1.^o doctrinae fidei ar. 1.^o cap. ^{viicle:} 29. postquam impugnauit ^{viicle:} Uuicium quoniam ponebat fuisse praedeterminata per diuinam voluntatem, sic loquitur. Necessitas ergo antecedens non compatitur cum arbitrij libertate, & ideo ipsa non conuenit humanis effectibus. Periculose ergo. (ut mihi videtur) quidam magni viri necessitatem istam precedentem ponunt in humanis operibus etiam & quod fluat voluntate Dei; maxime cum antiquis Ecclesiae patribus nihil consonans reperire possint. Et cap. 23. per multa capita quae videnda sunt, idem late explicat & probat multis & grauissimis testimonijs Patrum: specialiter cap. 29. in principio eam necessitatem Uuicleuis tam appellans, quod Uuicleff eam docuerit, sic ait. Militat (nulli dubium) necessitas ista Uuicleuista aduersus arbitrij libertatem. Arguit enim contra Uuicleuistas qui adstruebant eam necessitatem, negantes eam repugnare libertati, ut idem Ualden. ait cap. 23 circa finem. vers. 5.^o qui ergo. de quo Infra redibit sermo. Vide specialiter eundem cap. 28. eiusdem libri.

Ruardus Tappet

Ruardus Tappet, decanus Louaniensis art.^o 7. contra Lutherum pag. 207. sic habet. Propter quod liberum arbitrium Deus sic mouet, ut non ex necessitate moueatur, nec ad unum ipsum determinet. Deinde pag. 223

idem

conclu

conclu. 4. ait. Omnes gratiae, quae sunt nobis operanda principia, aut quibus dirigimur & protegimur, & universae quae praecedunt tempore vel natura Dei operationem efficacem esse possunt sine usu & fructu, ita ut eis positissimum non credere, non converteri, non bene operari.

Operationem autem efficacem vocat ipsam actualem concursum, quem nos gratiam cooperantem vocamus:

unde de omni gratia praecedente conversionem. Postea sic

ait in 6.^a propositione. Impossibile est quod gratia praecedens conversionem vel fidem, si fiat ex vocatione secundum propositum Dei, suo effectu, & fine frustrentur;

quannvis eadem, si aliter fiant per hominis libertatem quandoque suo fine & effectu frustrari possent. Ecce ei

dem vocationi & gratiae praevienti potest homo resistere, quannvis si sit secundum propositum non possit resistere in sensu composito; quid autem sit vocatio secundum propositum iam alibi diximus. Deinde in propositione 7. sic ait. In eo qui sequitur vocationem credendo, vel pernitendo, & in alio qui eam negligit, potest esse idem conversionis & fidei principium, hoc est, eadem illuminationes, suationes, & inspirationes: adeo ut ex sola eorum libertate, unus negligat vocationem, & ideo non credat, neque convertatur, Deo ad hoc propter eius negligentiam, non cooperante, & alter credat & convertatur, ob suam diligentiam, qua ad verbum Domini auscultat; & ideo efficaciter conversionem eius Deus operatur; neque in isto differentia est, inter opera salutis &

supra. sect. 16. h. 10.

Idem

moralia ac naturalia, in eo enim qui vult ambulare
 re Deus cooperatur. & si non vult, Deus ei non cooperatur
 nec tamen aliquid positivum absolutum est ante ac
 tionem in vno, quod non in alio, & ubiqz est eadem volū
 tas, ac liberum arbitrium per gratiam, aut naturam
 operans: regulariter enim Deus non flestit voluntate
 tem ad alteram contradictionis partem determinando, ni
 si suasionem & inspirationem, quas etiam liberum est ho
 mini semper sequi & negligere, per quas ipse operatur
 in cordibus nostris velle & perficere sicut in semine ope
 ratur ad animalium & arborum productiones.

Idem Ruar.
 Taper.

Deinde in decima propositione pag. 224. sic
 ait. Quod ex similiter tractis & interius in corde voca
 tis, unus credit & convertitur, & alius manet inuredu
 tus, nec convertitur, contingere potest ex sola arbitrij di
 vinitus preparati libertate, nec aliter contingere potest
 si similiter sunt affecti, & vocantur secundum quod aff
 ti sunt ad sequendum; omnibus namqz positis qua pre
 cedunt & requiruntur ad fidem, & conversionem, si fe
 ra manet voluntas, nullaqz induitur necessitas se
 determinandi ad credendum, vel sequendum vocatione
 nec ad oppositum. Id quod probat late ex Augustinis
 & alijs patribus. Deinde pag. 229. sic ait. Negz ma
 gi hæc questionis locum habent in operibus gratis,
 quam morum vel nature, & quia voluntas, secun
 dum Beati Hieronymi, Origenis & aliorum Patrum
 sententiam, vis media est inter carnem & spiritum

Et ad utrumlibet se flectere potest, ideo in opere bono, quan-
 vis ipsum totum sit à gratia, & libero arbitrio, quod tamen ex
 opus pietatis est, à sola habet gratia, quod autem opus sit, & eius fi-
 at determinatio, à solo est libero arbitrio; Et pag. 228. ita scri-
 bit. An vero hæc Deus operetur prius natura quam liberum
 arbitrium, alia ratione, quam quia ipse operatur independen-
 ter, & voluntas in sua altiore & agenti principio, à Deo depen-
 det, eadem videtur esse difficultas, quæ est circa quam libet
 operationem causa secunda. Et supponit ut certam partem
 negativam cum Castro novo Gabrielis & Gregorius, unde docet
 voluntatem non dici instrumentum Dei, iuxta S. Thomam
 sicut ea instrumenta quæ ab ea virtutem recipiunt, per mo-
 dum qualitatis aut intentionis, quando ad altus assumuntur,
 sed quia agit in virtute cause primæ, per quandam parti-
 cipationem virtutis cause superioris.

Didacus Pajua libro 4^o. orthodoxarum explicatio
 num, specialiter vers^o. At inquis, non longè a principio. Li-
 bertatem explicans imprimis, sepe dicit voluntatem ipsam
 se applicare ad gratiam, deinde explicans concordiam liberta-
 tis cum gratia, ait. Apertè confitemur mentem etz à misce-
 rando illo statu respirare nunquam posse, nisi divina gra-
 tia alliciatur etz negitem oblatam sibi gratiam ample-
 xari, nisi peculiaribus Spiritus Sancti impulsibus adine-
 tur. etz quod tamen non impedit quò minus liberum arbi-
 trium ultro gratiam apprehendat, sitqz illi liberum eam
 rejicere & aspernari. Certè in sensu composito ut constat
 ex toto contextu. Et infra. Animum ad illa (scilicet bona

Didacus Pajua

perfecta) potest non adiungere (scilicet voluntas) neque oblatam sibi facilitatem (supple per gratiam praevenientem) amore completi. Certe verbum illud, Oblatum, sensum compositum ostendit. Et infra. Ex quibus manifestum fit efficientem causam applicationis animae ad gratiam (hoc est) internis Dei vocibus auscultanti, vel ingrati aspersioni (supposita scilicet gratia vocationis) esse tum gratiam ipsam, tum liberum arbitrium. Et deinde ostendit, simultaneum esse concursum liberi arbitrij cum concursu gratiae, ea q̄ ratione dici gratiam cooperantem; multis tandem in sequentibus, suam sententiam aperte docet. Eodem libro reprehendit Kemniti um Calvinianum, quod Patres Colonienses Societatis Jesu. Pelagianos dixerit, eo quod aberant liberum arbitrium, gratia Dei non ligari (scilicet) per aliquam necessitatem antecedentem, vel praemotivem de se efficacem, sed iuvari.

Item Pains.

Dominicus Soto

Idem, Dominicus de Soto de natura & gratia cap. 16. ait enim in fine. Ita efficit ipse (scilicet Deus) nostrum assensum, si nos tamen liberè cum illo concurramus, quare per eundem assensum, & nos illi aperiimus, & ipse aperit; unde nostrum concurrere, est permittere nos ab ipso moveri, coagendo illi, qui iugiter ad ostium pulsat. Agnosuit ergo Soto, nos simul concurrere & coagere Deo supposita excitanti gratia & hoc liberè; id quod multum explicatur illo verbo permittere, si enim precederet divina praemotio efficax, non dici posset homo permittere se moveri, quia praemissio non potest referri ad id quod praecedit ut causa, sed ad

6

id

id quod sequitur. quod vero in eodem cap. affirmat, Aligua opera simul tempore fieri à Deo & a nobis, ab illo tamen prius natura, uno ex duobus modis potest exponi: primo quod loquatur de gratia excitanti, prout moraliter concurrat ad consensum, quando voluntas actualiter eum ellicit; in hoc enim casu gratia excitans est prior natura ut causa moraliter mouens, & est satis conformis contextui ipsius, ut constabit legenti, praesertim in §. at praeter testimonia: secundo potest explicari, ut dicatur Deus prior ut causa prima, in extra doctrinam Caieta. supra.

7 Andreas de Vega lib. 13 in Tridentinum cap. 13 post medium affirmat. Posse omnes peccatores habere auxiliium Dei efficax ad penitentiam, quod verum non est, si auxilium efficax quod dicunt esse illam applicationem, praedeterminaret voluntatem independentem ab omni eundem voluntatis determinatione. Et lib. 6^o in Tridentinum cap. 8^o in fine eam differentiam ponit inter gratiam excitantem & cooperantem, quod gratia excitans non est in nostra potestate, gratia vero cooperans semper est in eadem potestate nostra: Verba eius sunt haec, de gratia excitante Sic nec huiusmodi vocationes divinae, aut inspirationes in potestate nostra sunt, neque laudem ob illas meremur. Et infra sic ait. Et in hoc est differentia inter excitantem & adiutantem gratiam, sunt enim ex parte a nobis, & nostra libertati semper subiacent, quae per gratiam adiutantem Deus in nobis facit ety. Ex his constat Vegam fateri, supposita gratia excitanti, ad huc esse in potestate nostra gra-

Andreas à Ve
ga

tiam

tiam adiuantem, nullam ergo agnoscit praedeter-
 minationem physicam respectu operationis liberae; &
 in eodem libro 6.º cap. 9.º docet aequalia, imo maiora au-
 xilia habere aliquando eum qui non conuertitur, quam
 is qui conuertitur. Ex quibus (inquit) patet maiora
auxilia praeuenientis gratiae communicata fuisse Beth
saida, & Corozayn, quam Tyro, & Sidoni, & Scribis, & Pha-
riseis, quam Ninivitis Et tamen neque Bethsaidas
 neque Corozayn, nec Scribas, & Phariseos plus vel minus
 omnino profecisse. Quod autem Andreas Vega eodem
 libro cap. 6.º concursum quo Deus nos adiuvat, qui proinde
 efficax est, praeuenientem gratiam appellet, nihil obstat; eum
 enim, concursum praeuenientem vocat respectu ipsius ac-
 tus producti, non respectu concursus, vel cooperationis
 voluntatis, & sic intellectus, constat sibi ipsi in omni-
 bus suis dictis.

Franc. Turriamus

Franciscus Turriamus 4.º contra Magdeburg.
 cap. 2. Sate disputans de hominis libertate & concordia
 eius cum gratia Dei, multa docet quibus inducit nullam esse
 gratiam, quae praedeterminet voluntatem ad bene operan-
 dum, sed totum hoc positum esse in humana potestate cum
 gratia Dei, & praesertim prope finem Capituli refert ver-
 ba cuiusdam antiquissimi Erudij, quibus suam probat
 sententiam. Nemo dubitat, Nemo condemnat, quod auto-
re gratiae praestante, & ipse aequitatis hominibus calli ape-
ritur; dux enim bonoy & praecessor est gratia quando
cali

3.
 Franc. Tur-
 riamus.

calitus multiplici incitamus hortatu, quando nobis dicitur. Venite filij, audite me; sed nisi talibus muniti & voluntas nostra quae libera est, & labor praestet obsequium ad periculum & hesenam, non imperio aliquo sed sponte deolvimur. Ecce supponit posita praevienti gratia, cum possemus consentire non imperio aliquo (idest) nisi vi aliqua movente, sed sponte (idest) determinatione nostra deolvimur in contrarium actum. Et paulo infra. Ergo debemus gratia, quod occultis itineribus nisi resistamus sapor nobis vitalis infunditur; nostra tamen electionis est quod beneficia demonstrata sectamur. Ex quibus verbis liquet doctorem istum nullam agnoscere gratiam excitatam, cui non possit voluntas resistere, Idem Turrianus in Divinum Clementem lib. 7. cap. 34. post multa de libero arbitrio quae sincere accepta nostram sententiam plane docent Tandem comparans voluntatem gratia Dei gubernatam, equum quem gubernat equus ait. Non recte autem cum equo compararetur voluntas hominis, nisi quod equus naturaliter aliquando facit ut resistat calcari, neque ei pareat; hoc ipsum libera voluntas nostra facere posset, ut, scilicet, gratia Dei resistat. Vbi ex proprietate verbi resistere, & ex comparatione equi resistentis calcari, constat aperte ibi, & in toto capite loqui in sensu composito.

Idem Turria.

equus

Osorius Episcopus Algarviorum lib. 9. de justitia per totum locum hanc sententiam defendit.

Osorius.

Thomas Stapletonius Libro 4. de Justificatione capite 8. ex professo docet & probat contra protestantes,

Thomas Stapletonius.

quod

quod voluntas praeventa à gratia excitata, & adiu-
 ta liberè potest resistere & gratiam oblatam repudia-
 re. Et circa finem capituli hanc ponit differentiam in-
 ter adiuvantem & excitantem gratiam, quod in adiuva-
 te gratia non quidem necessario, infallibiliter tamen se-
 quitur ardentior & perfectior ad Deum conversio, Et in
 vocatione Pauli liquet: excitans vero gratia aequè in-
 terdum vel magis ad concursionem mouet imparus ali-
 quo gradu data, atq; in minimo. quod probat exemplo Co-
 rothayn & Bethsaida & aliorum. Eandem habet senten-
 tiam in suo promptuario catholico super Euangelium Domi-
 nica in sexagesima versiculo. sed corrigitur Christus & ver-
 si. Sed & illud.

Idem.

Gregor. de Valencia

Gregorius de Valencia 2^o tomo commentariorum Theolo-
 gicorum, disputatione 8^a questi. 3. puncto 4^o. licet ponat
 ad conversionem necessariam esse aliquam gratiam effica-
 cem quae sit donum Dei, prius natura in aliquo genere -
 nempe infusionem gratiae, & habitum supernatu-
 raliū (putat enim ipsum habitum infusum gra-
 tiae & penitentiae producere efficienter primum actū con-
 uersionis) tamen habere hanc gratiam efficacem docet esse
 in potestate liberi arbitrii vocati à Deo; ita ut possit vel voca-
 tioni resistere, etiam postquam vocatus est, & impedire ex
 sua libertate sola infusionem habitualis gratiae, vel vocationi
 consentiendo ad eandem gratiam habitualem, quam vocat
 efficacem, liberè se disponere, ut latè propositione 4^a & 5^a
 docet & probat unde & in 6^a propositione asserit fieri posse.

Et forte

Et forte (inquit) interdum fit, ut ex duobus quorum
utergz habeat per omnia parem aliquam aliam gratiam
priori illa efficaci, hoc est, vocantem, & excitantem,
& ordinariè dari solitam, unus conuertat p gratia, scilicet, efficace
siue efficaciter adiuanté & alter non. quod est dicere, fieri potest
 in omni gratia praueniēti sint adeo aequales, qui conuertitur
 & qui non conuertitur ut ille hunc excedat solum in ipsa con-
 tritione & infusione gratia habitualis; ad quod citat Barthe-
 lomeum de Medina ordinis predicatorum 1.^a 2.^a quest. 109
 artic. 10. sub finem.

Bartholomeus à
Medina.

12

Robertus Bellarminus Tomo 3.^o controuersiarum libro
 2.^o cap. 12 refellit sententiam secundam quæ asserit grati-
 am efficacem esse actionem Dei physicam, quæ determinat volū-
 tatem ad volendum, & eligendum bonum, quod illi fuerat per
 excitantem gratiam inspiratum. & lib. 4.^o cap. 14. ex pro-
 fesso probat multorum Patrum testimonijs, Deum non præ-
 determinare efficaciter voluntatem; unde cap. 15. & 16. duas
 affert rationes conciliandi libertatē volūtatis cum diuina
 cooperatione, in utraque saluans quod voluntas seipsam deter-
 minat, nec prædeterminetur efficaciter à Deo.

Robertus Bellar-
minus.

13

Alfonsus à Castro lib. 7 aduersus. 6. verbo gratia, hæc
 si 1.^a ad primum & secundum argumentum Pelagij, ean-
 dem sententiā docet expressè ad 1.^{am} ait. Inde homo culpatur, non
quia solus non facit eum, sed quia Deū monētē non audit, ad eius vo-
cem non excitatur, illi vocati nō respondet. Ecce in sensu composito as-
 serit frustrari Dei uocationē, in qua totam gratiā præuenientem
 intelligit, ut ex utroque patet. Et infra. Ecce iam uides de quare Domi-
nus peccatores accuset, quia scilicet, uocauit, & noluerūt illi respondere. Neqz
 impotentiā aut infirmitatē propriā causari poterūt, quia ipse extendit

Alfonsus à Cas-
tro.

Idem

manum suam ut eos adiuuaret (conferens scilicet, praeueniens
 auxilium, & offerens auxilium cooperans) eius tamen adiuto
 rium neglexerunt. Et affert exemplum eius, qui in foueam incidit;
 qui alteri exte'denti iā manu ut illi iuuaret, & sic exiret, nō consensit,
 neq; eis auxilio uti voluit. Idem lib. 9. verb. libertas, haeresi. i. a. posito illo
 Lutherano argum^{to}. Libertū arbitrium trahitur à Deo; & sine hoc trac
tu ire ad Deum nō potest; trahus autē violētia quādam dicit. nō est
arbitriū hominis liberum. Respondeo (inquit) falsū esse q^{uod} asse
 runt, hunc videlz, tractum diuini esse violētia aliquā; quoniā nō est
 aliud, qz vocatio quada' interna, & exortatio, & motio, qua monet volūtem
 nrām ad bene operandum; huic autē vocationi, & motioni homo saepe resis
 tit inobediēs existēs. Ex quo cōiunūt talē vocationē nō esse violētā; nā &
 Dñs hanc hominū resistē^{am} accusat dicens, Vocauit & renuisti ei. Facemur
g^o tractū Dñi p^o grām pueniē^m quo secluso, nostrū arbit^m moueri nō pot'
ad bonū oporndū, sed sic nos attrahens Deus in nrā nos dimittit libertē, ut
acquiescamus illi vocanti & mouenti, aut obdurem⁹ corda nrā cum
eius vocem audierim⁹. Ecce imprimis tractum Patris, quē explicat
 esse gratiam praeuenientem, dicit non esse aliud, quam vocatio, exhor
 tatio, & monitio; deinde huic vocationi saepe hominem resistere, quod
 aperte includit sensum cōpositum. Tandem in hoc dicit cōfiteri liber
 tatem nostram.

Plures autores referri solent pro hac sent^{ta} ex Patribz quā
 ex recentioribus, qui tamen omittim⁹ ~~certa quaedam de his quae ad hanc~~
~~aut proximis, & quae plerumq; in omni vocatione, praeueniente, nō dicitur in ijs~~
 q^{uod} multi plura, aut grauiora testimonia nō sufficiat ijs (si quis fuerint)
 qui praedictis testimonijs nō conuenerunt.

Illud forte aduersarij dicent, quod praedicta testimonia nō lo
 quunt^r in sensu cōposito. At id ipsum nos illi obijcimus, eā distinctio
 nē sensu cōposito, & diuisi, in hac materia, in qua de grā praeuenienti
 agitur, ac de oibus praeiij requiritis, ad ea nouā esse, scriptoris qz incogni
 tā, ut pote ab ipni aduersarij solū cōfictā, ut vestigiū eius in nullo autore regiatur
 cū re ipsa, consuetis terminis nrā sent^{em} verit^{em} satis explicauerint.

BB

14

18
Cur I

Cur praedicti au
 tores nō loquan
 t^r sub hac disti
 ctione formalibz
 in sensu cōp^{to} & d^o

Pastori

Sententiam nostram ad saluandam libertatem
necessarium esse aduersariis libertatem repugnare ostenditur

Primum quoque ut libertatis natura
intelligatur, diffinitis libertatis
quam adferunt aduer-
sarij excluditur

Secundo Vigesima Tercia

Postquam tam multa, eaque grauissima testimo-
nia, quibus probauimus nullam gratiam praeuenientem
de se efficacem, cui voluntas non possit resistere; nullum fo-
re veritatis studiosum credo, qui plures probationes requirat.
At quia dum contradictores instant, nulli labori parcere de-
cet, agamus iam rationibus (ut & ipsi aduersarij etiam in-
uiti fatentur) efficacissimis quidem, desumptis ex certissi-
mis fidei dogmatibus atque principijs.

Et primo demonstremus illam praeuenientem de se
efficacem gratiam quam aduersarij adinueniunt cum
hominis libertate pugnare; eamque necessitatem ex supposito-
ne, vel (ut aiunt) in sensu composito, quam ipsi admittunt
omnino libertatis iura violare, penitusque subvertere.

Id ut praestemus opus non erit dogma libertatis nos-
tra confirmare: cum & aduersarij plene ore fateantur, ho-
minem liberum arbitrium habere, libere quoque operari, etiam
dum mouetur à gratia (sed an veram libertatem doceant
an libertatis nomen solum retineant, videant hi, ad quos
rei examen, iudiciumque spectat). At opere praetium
erit

Aduersarij profiten-
tur se admittere li-
bertatem.

erit prius, in quo ratio libertatis sita sit expendere, Et quis sit necessarius modus, qui libertati opponitur explicare.

Sententia M^{ri} Ba
nes de libertate

Magister Bañes^t de libertatis rationem explicet, præmittit prius quamdam in intellectu indifferentiam præcedere (eam vocat indifferentiam obiecti) qua scilicet intellectus iudicat obiectum aliquod esse indifferens de se, ordinabile tamen ad finem voluntatis adsequendum. Quo posito sic quasi definit libertatem actuum voluntatis^t quotiescumq; actus voluntatis oritur ex prædicta radice iudicij, semper erit liber. Inde post colligit, quicquid antecesserit, vel commitabitur, vel superuenerit actum voluntatis, si non tollat iudicium illud ^{circa} ~~et~~ medium respectu finis non destruet libertatem operationis. Hinc facile dicit Bañes eam so lam necessitatem cum libertate pugnare, quæ oritur ex determinatione obiecti. Adinuenit autem hæc omnia vir aliis doctus & pius, ut viam paret ad salvandam libertatem cum prædefinitione & præmotio ne de se efficaci gratiæ præuenientis.

2
† 1. p. 9. 19. a
in q^o daz doc
p^o solut^o 6. q^o
docum. 3. ad
iuxta editione
ans. 1535.

3
† ubi supra. u.
l. 1. tra. d. 1. c. 1.

defi^o. Liberta
tis ab advers^o com
posita.

Ex sententia aduer
sarij requit Deus vo
luntatem necessitare
ex p^o principij

At contra hanc definiendi & philosophandi ratione in primis omnitto, quod contra communem Theologorum consensum inde sequatur nullo modo Deum inferre posse necessitatem voluntati operanti ex pleno iudicio, præterquam per scientiam beatam, atque ad eum non posse illam aliquo modo necessitare (ut aiunt) ex parte principij.

4

Definitio M. Ba
nes fuit herotica

Quod grauius est, id habeo contra hanc philosophandi rationem, quod viam paret errori Caluini & Luthe

5

Lutheranorum; vel quod forte minus impium videtur, eosdem, quos Ecclesia huc usque in libertatis articulo hæreticos credebatur, iam Magistri Banes suffragio catholicos in re ipsa censendos esse. Et enim si ipsi prædictam indifferentiam in iudicio rationis ponunt, certè ex sententia Banes id ponunt in voluntate, & confitentur, quod re ipsa vera libertas est; conceduntque id convenire voluntati, quod est de essentia, & definitione libertatis: atque adeo vel nunquam in libertatis articulo errasse dicendi sunt, sed potius tota Ecclesia erravit, quod eos hucusque semper putavit errare, vel certè dicere debemus contra sensum totius Ecclesie, quæstionem cum illis de libertate, in qua tandem Concilium Tridentinum et tota Ecclesia laboravit, non de re sed de nomine fuisse. Quod sequi ex prædicta sententia & aduertit Bellarminus lib. de gratia & lib. arbit. cap. 14. & ex doctrina Augustini epistola 28. creditu indignum censet.

Bellarmi.

6 Addendum est si illa vera sunt, Calvinianos, omnesque fere hæreticos huius temporis hæc in parte im merito hæreticos appellari, cum in re ipsa nihil contra veritates à Deo revelatas, quæ res ipsas, non nomina spectant, senserint aut docuerint; esto inobedientes ecclesie fuerint, atque rebelles non acceptantes usum huius nominis libertas vel liberum arbitrium.

7 Porro quod prædicta hæretici illam indifferentiam in iudicio rationis admittant, ut certum supponit Bellarminus in hæreticorum sententijs præscrutandis & egregie

Hæretici admittunt indifferentiam in iudicio rationis

Bellarmi.

giè

giè impugnandis versatissimus lib. 4. de lib. arbit. cap. 14. versiculo demique. ibi nam heretici non negant Deum libere agere, cum determinat voluntatem nostram & homines habere plenum atq; perfectum usum rationis cum aliquid agunt. ~~H~~ Remmitius etiam Calvinianus id late prosequitur apud Stapleto. lib. 4. cap. 1. cuius verba postea referemus. Et certe in omnibus, quae de illis referunt Doctores catholici nostri temporis, nihil colligi potest cuius praetextu sic desipuisse credantur, & in brutorum conditionem adeò degenerasse, ut neq; proprium intellectus discursum agnouerint, quo nihil magis peruium est humanae experientiae.

Remmitius
Calvinianus apud
Stapleto.

At si heretici perfectum usum rationis homini tribuunt, & indifferentiam mediatorum se cognoscere fatentur, si libertas nihil aliud sit, quam actus voluntatis ex simili iudicio proueniens, certe libertatem admittunt, vel ne in questione nominum immoremur, re vera admittunt, id, quod libertatis definitione explicatur.

8

Utrū Heretici ne-
gant actiuitatem
voluntatis

Sed forte ut praedictam definitionem, hereticorum sententiae aduersam esse tueatur, dicit aliquis, hereticos negasse voluntatis actiuitatem in suis actibus, quae ad libertatis rationem spectat. Sed ut omittam quod neq; Bañes hanc actiuitatem explicuit in sua illa definitione, & ut illam subintellectam gratis conceda, certe M. Bañes nihil hoc subterfugium iuuat.

9

Heretici non negat
actiuitatem volun-
tatis

Illud siquidem omnino verum non est, quod heretici nostri temporis praesertim Calvinus & recentiores hanc

10

hanc actiuitatem voluntati denegarunt. Etenim dum simpliciter asserunt voluntatem post lapsam naturam nihil agere, sed habere se mere passiuè; & dum similiter eorum sententiam referunt aliquando auctores, qui contra eos scribunt, loquuntur certe circa subiectam materiam de actione libera, & de potentia passiuâ respectu libere determinationis, respectu cuius voluntas ex illoꝝ sententia habet se mere passiuè, nam & sic iuxta epigenetiam materiae loquens Aristoteles lib. 1. magno. moral. cap. 12 simpliciter & absolute absque aliqua restrictione præter eam qua ratione subiectæ materiae subintelligit, dixit. Neque enim inanimatum aliquod efficere dicimus: neque etiam animatorum citra hominem, quicquam. Manifestum igitur actionum hominem esse progenitorè. quod tamen licet absolute dictum sit, de actione tamen libera intelligendum esse satis constat. Et hac ratione multi dicunt in motibus indeliberatis voluntatem habere se mere passiuè, ut Soto 1.^o. de natura & gratia c. 16. ibi. In eiusmodi ergo influxibus, mere se habet homo receptiuè ceu aer dum illuminatur à sole. Et cum sibi obiecißet eos esse actus vitales, atq; voluntatem concurrere ad eos effectiue, Respondet idè totum concedens subdit tamen. Sed quod nos dicimus, id tantum est, quod fiunt sine libero assensu, & concursu nostro quoniam sunt repentini motus. vel forte idè Heretici dicunt voluntatem se habere mere passiuè, quia hoc quod est voluntatem agere putant esse effectum

quis sensu dicant heretici voluntate habere se mere passiuè

Aristoteles

Domini. Soto.

alia ratio quare dicunt heretici voluntatem habere se mere passiuè.

soli

solius Dei (prout & aduersarij consentiunt vt supra adnotauimus Sectione 2. n. 3) quia scilicet ipsum agere voluntatis, est effectus Dei, & certe ea prorsus ratione, qua dicitur effectus solius Dei, consequenter etiam dicitur non esse effectus voluntatis sed respectu illius se habere voluntatem passiuam tantum.

igitur quod Haeretici sic loquantur, & quod alias veram efficientiam non negauerint voluntati, satum imprimis conijci posset ex eo, quod viderent, opus non esse eam, actiuitatem negare ad libertatem negandam, quod omnis eorum conatus spectat; certe enim & in animatis omnibus, & in ipsis inanimatis (quibus sciebant neminem tribuere libertatem) virtutem actiuam agnouerunt. Neque enim illis quisquam Doctorum tribuit causarum secundarum virtutes actiuas denegasse.

Sed ne ex coniecturis agamus, de Luthero quidem in quo maior posset esse difficultas ita asserit non solum Calvinus & Kemnitius, quorum verba postea referemus, sed Th^o Stapleton^o insignis auctor inter eos qui hac tempestate contra haereticos scripserunt. Kemnitium, reprehendit, quod frustra in hac re Lutherum defendere studeat. Et enim lib. 4. de iustificatione cap. 1. de Caluino & Kemnitio interpretantibus Lutherum sic ait. In prima conuersione mentis ad Deum liberum arbitrium cooperari gratias negant (Et loquitur de cooperatione libera vt dixi) unde subdit. nec tamen passiuam se habere, aut per modum rei inanimatae, quia ait Kemnitius etc. adducit quaedam verba Kemnitij

Staplet. concedit
haereticos ponere ac
tuitatem

Thomas Stapleton^o
Kemnitius
Lutheranus

11

12

nity quæ postea referemus, & eis recitatis sic ait. Hac Ke-
nitius est. sed nihil egit: de hac enim re nec Lutherus ipse
vngz dubitavit, quin in conversione mentis & voluntatis in
Deum aliqua esset actio, & agitatio intellectus, & voluntatis,
spontanea scilicet, & non coacta: conversio enim est actio, &
quod voluntas agit sponte fit.

13

Sed & Lutherus in ijs quæ à catholicis scriptoribus
imprimenda referuntur multoties repetit voces actiuita-
tem plane significantes ut apud Rosense fol. 314. pag.
2. Homo multa solet proponere coactus Dei providentia &
loqui & facere aliter est, & fol. 316. quis audeat negare
se etiam in malis operibus sæpe facere aliud quam cogita-
vit; Et infra. Ecce quam non fuerit in eorum arbitrio hæc
cogitatio & operatio: omnia enim contra se in caput suum
operati sunt, adeo non est homo in manu sua etiam male
operans & cogitans Et pag. 320 quia non sicut nos sed
sicut ille vult, ita vivimus facimus est. Ecce quoties ver-
bum facere & operari & similia repetat quæ actionem sig-
nificant.

14.

At quicquid de Luthero sit, dubium tamen esse ne-
quit quin Zuinglius, Calvinus Kemnitius, Melancton
reliquiqz eorum discipuli actionem voluntati tribuerint.
de Calvino & Kemnitio sic ait diligens eorum scrutator
Bellarminus lib. 6. de gratia & liber. arbit. cap. 9. vers.
2^o. docent. Secundo docent scilicet Calvinus, & Kem-
nitius, voluntatem nostram in bonis pietatis operibus
sic agi à Deo, ut non possint non agere; & quantum ipsa
quoqz concurrat actiui, quoniam ipsa est quæ actione

prode

Lutherus saepe uti-
tur verbis signifi-
cantibus actiuita-
tem.

Quid dicat Bellar-
mi de Calvino & Kemni-
o.

producit, tamen concurrere ut merum instrumentum Dei.

Calvinus

Sed & Calvinus plurima verba id attestantur, lib. 2. instit. cap. 4. §. 2. ibi. Proprie igitur dicitur agere Sathan in reprobis (per voluntatem scilicet) Et infra. Huc atq; illuc se inflectit ad eseguenda eius mandata. Idem^{to} admittit & sibi usurpat sequentes propositiones Augustini dicens. Nos operamur, sed Deus efficit & operari, & infra Certum est nos velle cum volumus, sed ille scilicet Deus facit ut velimus; certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus prebendo vires efficacissimas voluntati.

15

† apud Bellar. li. 2. de stat. p. c. 23. n. 10. Idem author

to. apud Ruad. ar. 7. pag. 282. vers. 7. At Scriptm ram. —

Sunt & alia satis manifesta sententia Calvinus in hac rem quas brevitate causa ommitto. Videantur & oportere eius verba apud Ruardum art. 17. pag. 269 versi. 9. quam libertatem ibi Hac ergo distinctionis summa est etq; videatur etiam ipse Ruardus pag. 273 versi. 9. cum igitur.

Ruad. super.

Zuinglius
Calvinus
Theod. Beza.

Porro Zuinglius, Calvinus, & Beza expresse afferunt voluntatem esse altimum instrumentum Dei; quae vere agit, quia tamen ipsam actionem recipit ab influxu & praemotione ipsius Dei, ideo illam Dei instrumentum appellant. Beza in responsione ad Sebastianum Castellionem de aeterna dei praedestinatione explicans quibusdam aphorismis suam & Calvinus sententiam Aphorismo 31. Agit (scilicet Deus) inquit Beza, sui operis respectu, permittit vero, eius operis respectu quod mala ipsa instrumenta sponte peragunt, siue quatenus altimas sunt, non passiva instrumenta, ut visitata in Scholis verba retineamus. Plura in hanc rem ex praedictis Haereticis vide

16

apud Bellar. li. 2. de stat. p. c. 3. n. 10. atq; haec.

ri, pote

ri poterunt apud Bellarminum transcripta. lib. 2. de amissionis gratia, & statu peccati, cap. 3. quod longum esset sigillatim expendere.

17 Sufficiant eandem in huius rei attestationem verba Kemnitiy Caluimiani, qui referente Stapletonio supra libro 4. cap. 1. ut ostendat ex sententia Lutheri, & Caluini in prima conuersione arbitrium licet non cooperetur gratiae (cooperatione scilicet libera, ut iam adnotauimus) tamen non passiuè se habere aut per modum rei inanimatae, sic ait. Noni motus, quos Deus operatur in conuersione non imprimuntur in mente & voluntate, sicuti cere imprimitur sigillum; neque sic operatur gratia, ut conuersio ipsa sit brutum aliquod in homine sine motu, & actione aliqua mentis & voluntatis; nec est violentum aliquod, sicut cum saxum impellitur; nec est enchusasticum aliquod, sicut arreptitij olim reddebant oracula, quae nec intelligebant nec meminerant; sed quia conuersio ipsa est motus quidam, & mutatio in mente & voluntate, necessarium est ut in vera conuersione sint motus aliqui, & affectiones, quibus iniungat fieri applicatio quaedam voluntatis & mentis ad Deum. Aliter enim faber utitur instrumento inanimato: aliter Spiritus Sanctus operatur conuersionem in mente, & voluntate: facit enim ut intelligamus & velimus etc. Certè ex his uerbis constat haereticos & intellectui plenum, ac perfectum rationis uirum, & voluntati aeternitatem concessisse.

18 Cum ergo haereticis haec concedentibus recte diffinitis libertatis, quam tradit Magister Panes, quod ad rem ipsam attinet, cum eorum sententia circa libertatis rem con-

Kemnitiy

q. diffini libert^{is}
ab aduersarijs ben
dita haereticor^{um} sen
tentijs consentiat

sen

sentiat, eo ipso ut suspecta & periculosa, omninoq; fal-
sa rejicienda est; ac proinde fugienda sunt corollaria, quae
idem Banes tanquam certissima ex illa deducit.

Recta Libertatis definitio

Traditur, & explicatur

Sectio Vigess^a quarta.

Sed ut iam veram libertatis rationem expli-
cemus, placet ei libertatis definitioni consentire, quam
& ipsi adversarij publicè defendendam proposuerunt. Sic enim
inquirunt. Liberi arbitrij ratio, in hoc consistit, quod positis
omnibus requisitis ad operandum possit operari & non ope-
rari. operari unum, aut operari alterum. Quae definitio co-
sonat his, quae ipsum liberum arbitrium describens Philoso-
phus Aristot. 1^o mag. moral. cap. 9. ait. Manifestum igitur
hoc modo in nostro arbitrio esse, bona malaq; facere.

Definitio Liberi ar-
bitrij

Aristoteles,

Clement,

Mag^o Sentent^o

Consonat praeterea definitio Clementis lib. 3. recognitionu
ibi. Liberum arbitrium est sensus animi habens virtutem,
qua possit, ad quos velit actus inclinari. Et definitio etiam
Magistri sententiarum distinct. 2^a quae sic habet. Liberu
arbitrium est facultas rationis, & voluntatis qua bonum
eligitur gratia assistente, vel malum, eadem desistente

1^o observandum defi-
nitione esse conditionale

Porro circa praedictam definitionem, quam ex aduer-
sarijs ut certam accipimus. Primum est observandum
virtute sua, quasi conditionalem esse: conditio autem
illis verbis explicatur (positis omnibus requisitis) est

enim

emim, quasi dicatur ratio voluntatis consistit in eo, ut voluntas possit operari, vel non operari si ponantur omnia requisita.

3 Verba autem conditionis intelligenda sunt de requisitis antecedentibus ipsum concursum voluntatis, nam concomitantia, non relinquunt voluntatem indifferentem, ut possit operari & non operari, cum potius, ex eo quod concomitantur ipsum actualem concursum voluntatis, includant actualem determinationem voluntatis ad operandum. Indifferentia ergo voluntatis ad operandum & non operandum, intelligitur solum positis antecedentibus. At verum est etiam concomitantia in eisdem verbis explicari, quatenus includuntur in virtute antecedentium: intelliguntur enim posita requisita principia, quantum est ex se ultimo disposita, & preparata ad cooperandum voluntati, quando ipsa velit, ita ut per reliqua principia requisita non stet, quin sequatur actio, sed stet solum per voluntatem, quæ si applicet se ad operandum, sequetur actio, cum iam reliqua principia preparata, & de se inclinata sint ad concurrendum, si autem non se applicet voluntas, non sequetur actio; quia reliqua principia, etsi quantum ex illis est, preparata sint, & inclinata, non tamen sufficiunt sine voluntate.

Requisita intelliguntur antecedentia.

quomo etz concomitantia explicentur indefin libertat

4 Observandum est secundo, definitionem duas partes includere, alteram quæ verificanda est posita conditione, & ea est ut positis requisitis, habeat indifferentiam ad operandum vel non operandum, ita ut ratio libertatis.

2^m observandum unam partem definitionis verificandam esse positam conditionem alteram, antepositam conditionem.

revera

re vera cesset, si ea conditione stante, nempe positis omnibus requisitis, non sit voluntas indifferens ad operandum & non operandum.

pot^a ad operandum
& non operandum
positis requisitis in
telligitur in sensu
positis.

Loquitur autem definitio in sensu composito, ita scilicet, ut potentia ad operandum, vel non operandum intelligatur, ad operandum vel non operandum positis adhuc omnibus requisitis: id quod constat ex ipso theore verborum, & quod alias superflua esset particula illa, positis omnibus requisitis, nam in sensu diviso etiam sine illis est potentia ad operandum vel non operandum: imo eadem potentia est in penicillo, cui tamen hæc definitio non convenit, quia penicillus, non habet eam potentiam, ut positis requisitis in sensu composito possit adhuc vel operari, vel non operari, sed in sensu composito, determinatus est ad operandum determinante cum applicatis artificis quod est unum ex requisitis cum determinaverit.

2. pars definit^{is} ante
positam condicio^{is}?

Secunda est ante positam conditionem quia scilicet, ante quam requisita ponantur, non intelligitur indifferencia voluntatis ad operandum vel non operandum, quæ est de definitione & essentia libertatis, neq; intelligatur libertas. unde ommissio actus, ad quem non posita sint reliqua requisita, non erit libera: verbi causa non omittit quis libere actum, quem omnino invincibiliter ignorat, quia deficit quoddam requisitum, scilicet cognitio obiecti: Similiter si Deus alicui voluntati denegaret omne auxilium universale, non esset libera in non operando ex defectu causa primæ quæ est ex requisitis potissima.

7 Ex quo constat in hac diffinitione formaliter & proprie, non definiri libertatem quasi potentialem quae est de ratione ipsius potentiae voluntatis, etiam quando nulla ad sunt requisita, sed definire libertatem formalem, & activam, & est sensus definitionis, illa est actio libera, qua aliqua potentia, ita a se operatur, ut tamen tunc, positi omnibus requisitis posset non operari. Verum est ex consequenti & implicite definiri etiam potentialem libertatem, ita scilicet, potentia libera est, quae in se non est determinata ad agendum, sed ita indifferentis, ut etiam cum posita fuerint requisita possit operari & non operari.

Definitur libertas formalis & activa.

quomodo definiatur
etiam potentialis libertas.

8 Hac posita diffinitione, iure optimo, omnes consentiunt de ratione voluntatis esse indifferentiam, ut vocant ad utrum libet, neque solum indifferentiam intellectus, ut posuisse videtur M. Baner, s. in d. 1. d. 1. d. 1.

Indifferentia est de ratione libertatis

9 Insuper hanc indifferentiam non esse differentiam potentiae passivae, quae solum sit ad recipiendum, concedunt omnes libenter, id quod bene explicat Durandus

Indifferentia libertatis non est potentiae passivae.

Sed consequenter asserunt indifferentiam esse potentiae activae ut talis est.

10 His necessario addendum est, hanc indifferentiam non esse in ratione instrumenti, sed in ratione causa principalis, nam indifferentia artificialium instrumentorum, quae indifferentia sunt ad motus contrarios, imo & indifferentia naturalium instrumentorum, ut calor, qui indifferentis est, ut producat modo carnem equinam, modo leoninam, iuxta differentiam causa principalis, nihil certe commune habet cum indifferentia voluntatis, sed ^{et} indifferentia appetitus bruti, licet sit indifferentia principalis efficientis, eo tamen indifferentia

neque etiam indifferentia instrumenti

Liberta

libertatis non est, quod appetitus bruti non aliter sit indiffe-
rens, nisi ut à diuersis obiectis potest ad diuersos actus determi-
nari.

Indifferentia volunta-
tis stat etiam si volun-
tas sit extremum con-
iunctum anime.

Cum autem dixi eam indifferentiam conuenire volunta-
ti in ratione causa principalis, non in ratione instrumenti
alterius causa, causam extrinsecam nosare volui, non ani-
mam ipsam, quae est principalis causa intrinseca tamen: est
emin in hac parte eadem ratio de vitalitate, & de indifferen-
tia libertatis, quae species quaedam vitalitatis est: Etenim
sicut de ratione potentia vitalis est, ut sit potentia seu instru-
mentum alicuius principij principalis, non separati qui-
dem, sed coniuncti. V.g. ipsius anime, quae proinde vitaliter
videt, cum tamen Deus si illam promoueat, non concur-
rat per modum principij vitalis, neq; vere respectu illius ac-
tus vitalis est; sic etiam voluntatis indifferentia, est quidem
indifferentia instrumenti coniuncti, quae nihil repugnat re-
duci in principium intrinsecum, scilicet in ipsam animam
licet repugnaret quidem in principium aliquod extrinsecum
etiam in ipsum Deum reduci, sicut in principium proprium,
ex quo ratio indifferentiae sumenda sit.

11

Hac indifferentia non
est negatiue explicanda
sed positue

Ex his tandem ulterius necessario asserendum est hanc
indifferentiam voluntatis liberae non esse negatiue explican-
dam, quod, scilicet, potentia voluntatis de se non est determinata, sed
indifferens sit ut ab alio determinetur: sic enim non recte in-
telligeretur quomodo illa indifferentia esset actiua; sed potius
esset passiuæ respectu potentiae extrinsecæ, à qua determina-
tur: iuxta quam considerationem heretici (ut diximus)
voluntatem appellant potentiam passiuam. Est igitur
explican

12

Quando explicatur indif-
ferentia passiuæ

13

Explicanda haec indifferentia positivè, hoc modo, est potentia animæ qua indifferentè possit se determinare ad hoc vel illud, unde tantum abest, potentiam indifferentem, ut indifferens est, non posse determinare se ipsam (quod aliqui contendunt) ut potius haec sit eius intrinseca ratio, scilicet ut inter multa indifferentè possit se ipsam pro libito, ad quam maluerit partem, determinare.

14 Quapropter dum adversarij suo Achyle sic argumentantur; Voluntas est de se potentia indifferentis ergo non potest se determinare, sed indiget extrinseco determinante: simpliciter neganda est consequentia. Et dum sic urgent probantes consequentiam; Indifferentia, & determinatio sunt conditiones repugnantès: ergo potentia indifferentis, ut indifferens, non potest se determinare; etiam concedendum est antecedens si loquatur de determinatione, & indifferentia secundum eam^{dem} rationem & neganda est consequentia. quia indifferentia, quam tribuimus voluntati, & determinatio, quam habet per ipsam actualem operationem, non sunt secundum eandem rationem: Etenim indifferentia voluntatis est indifferentia in ratione potentiae activae, hoc est, potentia ad plura indifferentè; cui indifferentia solum repugnat determinatio, in ratione potentiae activae, id est, esse potentiam activam unius tantum effectus determinati, quod nullo modo convenit voluntati: determinatio autem quam habet ab ipsa operatione, est determinatio in actu secundo, quae nullo modo opponitur indifferentiae quam habet voluntas in ratione potentiae activae, sicut non repugnat posse facere multa & altera facere unum tantum.

arg³ adversarij
V^o de se est indifferentis
g. nō potest se deter
minare.
Disiunctur

15

Et quidem fallacia argumenti euidenter deprehenditur

Seu est indifferens
& non determinatur
ab alio

si po

di potest in ipsa libertate Dei: Deus etenim e sua libertate
indifferens est ad volendum, vel faciendum opposita: Et tamen
ex sua indifferentia sine aliquo extrinseco predeterminante se
determinat ad unum oppositorum, nec repugnat predicta indiffe-
rentia Libertatis diuinae cum actuali determinatione ad unum
oppositorum.

QVAenam. NECES

sitas opponatur Libertati ex-
plicatur.

Sectio vicesima quinta

Ex his iam facile patet, quamam necessitas re-
pugnet Libertati, quae vi cum illa recte consentiat. In quo
optima videtur distinctio Anselmi lib. 2. cur Deus homo
cap. 17. & 18. & libro de concordia praescientiae & praedestina-
tionis etq; cum libero arbitrio cap. 1. 2. & 3. Et recte pu-
tat Ualdensis 1^o doctrinalis fidei cap. 2 & videtur Ansel-
mus eam distinctionem sumpsisse ex Augustino 4. de ciuita-
cap. 10. distinguunt igitur Anselmus duplicem necessitatem,
est (inquit predicto cap. 18.) necessitas antecedens, quae causa
est vt sit res, & est necessitas consequens, quam res facit, &
haec est ea necessitas qua consequitur existentiam rei, qua di-
cimus, res dum est, necesse est esse; & futurum, vt futurum, ne-
cessario est futurum; qua etiam necessitate, necessarium est,
vt futurum, quo Deus praescit futurum, aliquando sit Nam
secundum Anselmum, praescientia futuri vt sic, non est

Anselm. disting.
necessitas anteceden-
tes & consequen-
tem.

Definitiones necessita-
ti antecedenti & con-
sequenti

causa quod futurum sit; sed ideo praescit Deus esse futurum, quia futurum est, quod tamen si futurum non fuisset, e contra etiam praesciret Deus, illud non esse futurum.

2 *Necessitas antecedens est necessitas, quae provenit effectui ex sua causa antecedente; & habet diversos gradus. Altera est quae oritur ex ipsa intrinseca natura potentiae operantis, quatenus est determinata ad unum, nec potens vlla ratione ad plura; & talis est necessitas agentium naturalium, ut caloris ad calefaciendum. Altera necessitas antecedens est, quae provenit, non ex intrinseca determinatione ipsius potentiae operantis, sed ex actione agentis extrinseci determinantis ad unum ipsam potentiam de se indifferentem; & haec quidem si procedat ab agente extrinseco operante ex necessitate naturae, erit necessitas absoluta & qualis esset proculdubio in actibus voluntatis, si esset necessaria praemotio de se efficax primae causae, etsi ipsa prima causa esset agens naturale, operans ex necessitate naturae, ut porre vunt non nulli philosophi. Quod si haec necessitas proveniat potentiae ex agente extrinseco libere operante, erit quidem necessitas respectu potentiae, quae ab illo agente superiori necessitatur, & determinatur ad unum, & respectu eiusdem potentiae actus erit necessarius: at respectu ipsius superioris agentis liberi, non erit actus necessarius, & consequenter necessitas illius, non erit necessitas absoluta, id est omnibus modis.*

antecedens
Necessitatis di
versis gradus

3
4 *Uterius haec necessitas quae provenit ex agente extrinseco duplex esse potest altera quasi accidentaliter quae provenit ab agente extrinseco, id non exigente natura potentiae operantis, quae posset se determinare ad docendum etiam*

si ab

si ab extrinseco agente non determinetur: Talis esset secundum aliquam necessitatem, quae adveniret voluntati ex promotione divina, vel ex efficaci praefinitione divina voluntatis, si Deus vellet aliquem actum nostrae voluntatis praedefinire, ita tamen ut voluntas non indigeat tali promotione, sed possit sine illa operari: altera est quae provenit ex indifferentia potentiae operantis, quae ex natura sua non potest se determinare, neque operari nisi ab extrinseco agente determinetur; talis est potentia instrumentorum artificialium. V.g. penicilli, qui non potest se ipsum determinare ad unum motum potiusquam ad illum: sed ut operetur ex natura sua indiget motione extrinseco agentis, quod illum determinet. Et ex illius actione necessitatem accipit, ut iuxta eius determinationem operetur. Et haec ultima necessitas attingit supremum gradum necessitatis antecedentis provenientis ab extrinseco agente, ut facile patet ex comparatione illius cum caeteris.

Omnis necessitas antecedens repugnat libertati.

Divus Anselmus ubi supra nullam faciens distinctionem inter gradus necessitatis antecedentis, absolute agnoscit hanc differentiam inter necessitatem antecedentem et consequentem, quod necessitas antecedens, repugnat cum libertate potentiae, quae ex huiusmodi antecedente necessitate operatur: at necessitas consequens, optime cum libertate consentit, cuius ratio ea sola est, quod necessitas consequens supponit ipsam potentiam liberam ex propria libertate, et indifferentia determinantem se ad operandum: consequitur enim ad ipsum actum iam libere productum: at necessitas antecedens, quaecumque illa sit, praevenerit indifferentiam potentiae liberae, nec
per

permittit illi, ut ex vi sua indifferentia se determinet, sed illam potius determinat & virtutem suam limitat ad determinatum alium: ita ut dum efficit non sit in eius potestate indifferentiter efficere hoc, vel illud, sed limitatur eius virtus, ad determinatam actionem.

6 Et ex hac distinctione idem Anselmus predicto libro de concordia conciliat necessitatem prescientie, predestinationis & gratie cum libertate voluntatis.

Eandem distinctionem & differentiam necessitatis antecedentis & consequentis probat late Vualdensis supra multis testimonijs Patrum, imo eadem est distinctio, qua sepe videtur D. Thomas etsi sub alijs terminis distinguens scilicet, necessitatem consequentis & consequentis, seu necessitatem absolutam, & ex conditione: necessitatem enim consequentis, explicare solet eam esse, quia procedit in re ipsa ipsi consequenti ex suis causis, quam etiam vocat necessitatem absolutam; necessitatem autem ex conditione, vel necessitatem consequentis intelligit eam, quae in propositione conditionali solet explicari, in qua necessitas summi solet ex suppositione ipsius rei iam existentis, vel alicuius consequentis ad rei existentiam, ut in hac propositione, Si Petrus currit necessario movetur. Imo eandem distinctionem expressè docet. 3. Physi. lect. 15. in principio ubi sic ait. Sciendum est quod necessitas quae pendet ex causis prioribus est necessitas absoluta, ut patet ex necessario, quod pendet ex materia; & infra. Similiter etiam quod habet necessitatem ex causa formali est necessarium absolute. & infra. Et similiter quod habet necessitatem ex causa efficiente, est necessarium absolute.

Vualdensis

D. Thomas.

8.° physi. lect. 15.
15. in princip.

Eccc

causa, simpliciter est necessarium, quamvis tali
causa seclusa, rationem necessitatis non haberet.

Q U O D E X A D

uersariorum sententia re
quatur voluntem, dum non
operatur, necessario non
operari, ex diffini.
libertatis or
tenditur

Sectio vicesima sexta

1 Jam igitur ex principijs positis facile erit ostende
re aduersariorum sententiam, qua necessitatem adstru
it illius auxilij premoventis de se efficacia, omnino volun
tatis creatae libertatem subuertere. In quo duo prae
cipue probanda sunt: alterum est voluntatem dum non operat
necessario non operari, ac proinde imputandum illi non
esse, si affirmatiuis praeceptis non obsequatur; alterum est
etiam dum actu operatur, non esse liberam, atq; adeo nec
laudem, nec praemium mereri quocumq; opere suo: in
his enim quae non sunt in nostra potestate nec meremur
nec demeremur.

2 Primum igitur probatur sic. Ommissio cuiuscunq;
q; actus non habet rationem omissionis liberae, nisi
supponantur omnia requirita, ut voluntas possit elice
re actum omnium; sed quoties cumq; voluntas non

1^a probatio

Sectio 26^a

operatur deficit illi aliquod requisitum ad operandū: ergo non liberè sed necessario omittit, vel cessat ab operatione. Maior propositio constat ex definitione libertatis supra dicta, qua habetur libertatis exercitium supponere omnia requisita; minor autem est ipsa aduersariorum propositio: docent enim illud auxilium præueniens prærequisitum esse ad operandum, ita ut sine illo, nulla ratione voluntatem possit per se ipsam operari. Docent præterea Deum ex suo mero beneplacito, sine respectu aliquo ad determinationem voluntatis creatæ illud auxilium, & concedere omni operanti, & denegare omni non operanti: igitur ex aduersariorum sententia, quisquis non operatur caret aliquo prærequisito, ut possit operari.

Confirmatio 2^a
 cessante concursu
 l. q. n. manet li-
 bertas in no. opera
 2.

Confirmatur, quia si generaliter statuisset Deus non concurrere, etiam concursu causa prima cum voluntate Petri v. g. ad aliquem prorsus actum: certè tunc voluntas Petri sicut non posset operari, ita nec liberè cessat ab omni operatione, sed omnino necessario. ergo similiter ex aduersariorum positione, si hic & nunc denegat voluntati Petri illud auxilium efficax, quod aduersarij dicunt esse prærequisitum & summè necessarium ad operandū, certè Petrus necessario non operatur: Et augetur difficultas quia aduersarij non admittunt aliud generale auxilium cause primæ præter illud auxilium præueniens de se efficax: ergo si illud denegat Deus Petro, non manet in illo libertas ad operandum vel non operandum. Quis enim dicet liberè non operari eum qui non operatur ex defectu auxilij vel concursus vniuersalis cause primæ

3

augcti diff.
 ad versarij nō ponit
 aliud aux^m q. i. p. r.
 ter auxilium præ-
 mouent.

277

ma

Sectio 26^a

vid. presertim cum in ordine ad suas operationes ita se habeat tunc Petrus, ac si per impossibile perisset omnino causa prima.

4 Confirmatur 2^o. cum voluntas non operatur vel se non potest operari. 3^o necessario non operatur, et non libero, consequentia constat ex dictis, quia libertas est potentia ad utrumlibet: antecedens autem probatur, quia voluntas non potest operari sine illo efficaci auxilio, quod illi denegatur defacto; & insuper non potest ipsa facere, ut Deus non denegat tale auxilium: Denegat enim vel concedit illud Deus antecedenter ad omnem determinationem voluntatis creatae. ergo simpliciter tunc voluntas non potest operari.

Confirmatio 2^a.
voluntas n^o promota
ex sua aduersione
no^o habet potestatem
ad utrumlibet.

5 Dicent esse potentiam ad operandum in voluntate, si illi concedatur tale auxilium. At hac evasio friuola est, ex ea enim tantum habetur voluntatem esse potentiam liberam quasi in actu primo, et habere libertatem potentialem, non secus, ac in eo qui dormit; non tamen probat illam actus suspensionem esse liberam nec etiam hic valet distinctio sensus compositi & diuisi, cum impotentia sit ex defectu alicuius antecedentis praerequisiti, ut ex dictis iam constat.

Solutio
Replica.

6 Adhuc autem sunt qui respondeant auxilium illud non esse principium operandi, definitio autem libertatis, dum loquitur de requisitis, intelligenda est de requisitis ex parte principij non de requisitis ex parte operationis.

2^a solutio



Sed

Replie

deficiente illo auxi
 primo q^o ad versa
 riy^o ponit deficiat ali
 quod ex requisitis. & de
 finit^o libert^{is}

Sed haec solutio nulla ratione stare potest. Pri
 mo quia definitio certe loquitur de omnibus requisitis
 antecedentibus ipsam voluntatis actionem, quia ex om
 nibus illis provenit voluntati, necessitas antecedens & in
 dependens ab eius libera determinatione, qua necessitas, ut
 probatum est, derogat libertati. 2^o quoniam illud auxi
 lium, non est immediata productio effectus, sed applica
 tio voluntatis ad productionem effectus. Unde cum sit
 vera causa & principium actionis, & determinationis
 voluntatis, nullius considerationis est utrum in se sit
 per modum qualitatis, vel per modum actualis motio
 nis, & operationis. 3^o quia ut infra videbimus impossi
 bile est intelligere eiusmodi auxilium, quin intelliga
 tur esse aliqua qualitas quae sit principium efficiens ip
 sius operationis voluntatis. Ac tandem 4^o quia quic
 quid sit de ipso auxilio, si illud deficit, etiam deficit pri
 mum illius antecedens voluntatis determinationem
 nempe illa efficax voluntas divina conferendi ta
 le auxilium, quae est principium illius. Unde etiam
 deficit aliquid requisitum ex parte principij.

QVOD EX ADVER

sa sententia sequatur volunta

tem dum operatur, non libere

sed necessario operari pro

batur ex definitione

libertatis

EE

Sectio

Sectio vicesima septi^a

Quod secundo loco probandum proposuim⁹
 scilicet ~~ad~~ voluntatem, dum operatur, non liberè, sed ne-
 cessario operari iuxta aduersariorum sententiam,
 Id iam nunc probatur ex altera parte definitionis, qua
 explicatur, de ratione libertatis esse ut possitis omnibus
 requisitis, adhuc possit voluntas operari, vel non ope-
 rari. Voluntas posito illo efficaci auxilio quod aduer-
 sarij inducere connantur, non potest non operari. ergo
 non manet libera in operando: consequentia constat
 ex definitione, qua positus requisitis, exigit potentia
 non solum ad operandum, sed etiam ad non operan-
 dum. At illud auxilium si quod est inter requi-
 sita, de quibus definitio loquitur, connumeran-
 dum esse iam constat ex dictis: antecedens autem
 argumenti probatione non indiget, tum sit, ipsa
 aduersariorum positio, qui docent auxilium illud
 de se esse efficac. & efficacissimum.

1^o probatis

2

Confirmatur ex Augustino, de spiritu & litera -
 cap. 3. ubi explicat, id nobis liberum esse, quod est in
 nostra potestate; id autem docet esse in nostra potestate,
 quod ita facimus, ut etiam dum facimus, ommittere pos-
 simus. Cum (inquit) potestas datur non necessitas uti
q³ imponitur, unde cum David Saulis occidendi potestate
accepisset, maluit parcere quam ferire. Et enim certum
 putauit Augustinus, ideo parcere Sauli, positum fuisse

Confirmatur 1^o
Aug.

in

Sectio 27^a

in potestate David, id est, in eius libertate, quod etiam ferire potuerit; nam si ferire non posset, ipsum parcere in eius potestate non fuisset.

2^a probatis

Præterea posito illo auxilio efficaci non potest voluntas non operari nec potest ipsa facere ut non ponatur illud auxilium. ergo simpliciter, non potest non operari, atq; adeo iuxta definitionem non operatur libere sed neces-

Argum. Bañes contra Scripturam.

sario. Totum antecedens notum est ex aduersariorum sententia, quæ docet illud auxilium efficax esse de se, & dependens à sola Dei voluntate, qui illud concedit, cui vult, independentem ab aliqua determinatione vel electione recipientis; consequentia autem præterquam quod eui-

argum ex doct^a ipsorum aduersarioꝝ

dens apparet, probatur ex aduersariorum doctrina; nam & simili argumento ~~et~~ M. Bañes 1. p. q. 19. art. 8. dubio 1. conclusione vltima, probat non fore liberum arbitrium in rebus si Deus operaretur necessitate naturæ. Sic enim argumentatur. Deus mouet ex necessitate naturæ; ergo voluntas non mouetur libere; quia (inquit) hæc consequentia est bona Deus mouet voluntatem, ergo voluntas mouetur à Deo; antecedens est necessarium omnino.

ergo et consequens: non ergo est facultas in voluntate ut aliter moueatur. Porro eadem forma qua ipse argumentatur ex hypotesi impossibili, quod Deus operetur ex necessitate naturæ, eadem inquam forma, ex hypotesi quam ipsi ponunt, scilicet quod Deus sine respectu aliquo ad determinationem liberam voluntatis creatæ antecedentem, vel concomitantem tribuit illi auxilium de se efficax, Nos sic argumentamur. Hæc est bona consequentia

Si Deus

Sectio 27.^a

Si Deus mouet voluntatem suo auxilio efficaci, volūtas mouetur ad suum actum: ~~at~~ illud antecedens licet sit liberum Deo, non est liberum voluntati creatæ, nec est in eius potestate (non enim est in eius electione vel potestate ut Deus tribuat illi auxilium efficax, vel non tribuat, ut est aduersariorum sententia) ergo etiam consequens, non est liberum voluntati creatæ, nec in eius potestate. Confir-
 4
 matur, non est in potestate voluntatis diuidere consequens ab antecedenti, hoc est, facere ut posito auxilio efficaci nō sequatur eius operatio: Insuper non est in potestate voluntatis ipsum antecedens, scilicet, ut auxilium sequatur, vel non sequatur: ergo nequē ipsum consequens simpliciter est in potestate voluntatis.

Confirmatur

6
 Præterea probatur iddem ex sententia aduersari-
 orum. Auxilium illud de se efficax tollit indifferentiā
 voluntatis. Ergo tollit libertatem; antecedens patet, quia
 aduersarij ponunt auxilium illud efficaciter prædeter-
 minare voluntatem. ergo tollit indifferentiam ipsi vo-
 luntati, opponuntur enim hæc duo voluntatem ma-
 nere indeterminatem seu indifferentem, & manere de-
 terminatam; consequentia autem satis patet ex defini-
 tione libertatis: potentia enim ad operandum vel non
 operandum indifferentia est, ut iam explicuimus =

3^a probatio

7
 Nec refert dicere voluntatem manere indif-
 ferentem in sensu diuiso, licet non maneat indif-
 ferens in sensu composito, tum quod iam supra oste-
 dimus

Solu^o. aduersari-
rum refellituraduersarij tollit
indiffer. vo^o

dimus, hanc indifferentiam, quam docet definitio, esse de ratione libertatis, intelligendam esse in sensu composito, suppositis omnibus requisitis, quorum unum & potissimum est ex adversariorum sententia auxilium de se efficax; tum etiam quod illa indifferentia quam dicunt habere voluntatem, in sensu diviso, non est indifferentia potentia activa ut sic, qua scilicet voluntas posset se ipsam determinare sed tantum est indifferentia quasi passiva, quatenus potest à Deo determinari per aliud auxilium efficax ad alium actum, qualis est indifferentia instrumenti artificialis v.g. peneilli, ut iam diximus, & quam hæretici concedunt voluntati respectu cuius vocant voluntatem potentiam passivam ut supra ostendimus sectione 23. & infra sectione sequenti. Et quidem hæc indifferentia nihil pertinet ad rationem libertatis, sed prima quæ est in ratione potentia activa. Etenim iuxta hanc ultimam indifferentiam potius dicemus Deum ipsum indifferentem esse ac liberum, ut aliter moveat & determinet voluntatem quam quod ipsa voluntas sit indifferens ad se ipsam determinandum.

A D V E R S A M, S E N

tentiam, libertati repugnare, probatur ex Patrum doctrina circa necessitatē antecedentem, & consequentem.

Sectio vigesima octava

Uterius adversariorum sententiam libertati

tati voluntatis creata repugnare, probatur ex doctrina Anselmi & Thomae supra explicata de necessitate antecedente & consequente. Voluntas ex suppositione illius auxilij efficacis necessario operatur: ergo absolute operatur necessario & non libere; antecedens est ipsa adversariorum positio; consequentia autem ex doctrina Anselmi iam explicata constat manifeste, quia illa est necessitas antecedens ut constat ex diffinitione necessitatis antecedentis supra posita quam retulimus ex Anselmo. ergo est absoluta necessitas iuxta regulam Anselmi, & Thomae atq; adeo tollit libertatem. Negz asserimus nullo modo alium esse liberum, supponimus enim esse liberum respectu Dei, qui potest concurrere vel non concurrere ad illum alium; contendimus tamen non esse liberum respectu voluntatis creatae. Unde solum concludimus voluntatem absolute operari, necessario & non libere.

2 Et augetur difficultas huius argumenti, quia in sententia adversariorum, haec necessitas provenit voluntati ex aliquo inherenti ipsi voluntati quod illam inherenter, & intrinsece determinat: ergo multo magis repugnat libertati; determinatio enim intrinseca, proculdubio directe opponitur indifferentiae intrinsecae, quae est de ratione libertatis. Unde licet esset probabilis sententia eorum, qui docent Deum posse imperio sua voluntatis divinae, cui omnia obediunt, praedefinire actum liberum voluntatis independenter ab

eius

2^a probatio
Augetur difficultas

adversarij ponit
in voluntate supram
necessitatem antecedentem
extrinsecam.

eius determinatione, nihil tamen tribuens voluntati quod illi inhaereat, & inhaerendo praedeterminet, ad modum quo ex divino imperio aqua nihil in se recipiens quod sibi inhaereat, ordinatur à Deo ad productionem gratiae in baptismo; tamen nullo modo videtur probabilis opinio adversariorum, quae ponit non solum praefinitionem divinae voluntatis, sed aliquid, quod inhaerens intrinsecè praemoveat & determinat voluntatem.

3^a probatur

Præterea augetur adhuc eadem difficultas, quia adversarij non solum ponunt Deum aliquando, vel etiam semper de facto praedeterminare voluntatem per illud auxiliium inhaerens, sed ponunt id oriri ex indigentia voluntatis, & consequenter ex impotentia ad se ipsam determinandam, sine præmia illa præmotione, unde proculdubio ponunt in voluntate eam indifferentiam, quae est in instrumento artificiatò respectu agentis, ut scilicet, possit praedeterminari à superiori agente ad hoc, vel illud, non ut se ipsa determinet; quod multò magis repugnat libertati quam si diceretur voluntas ipsa posse se determinare, si non præveniretur à Deo, unde ponitur voluntas in supremo gradu necessitatis ab ext^o.

3

adversarij no' aliam ponunt indiffer^{ti} nisi quatenus pot. ad diversa determinari ab ext^o determinante.

Ex dictis sequitur adversarios, velint, nolint, nullam aliam ponere contingentiam in rebus ipsis respectu causarum contingentium, maxime liberarum nisi quatenus causa secundum se indifferentes sunt, ut possint sic vel aliter operari non ex propria determinatione sed quatenus Deus potest eas sic vel aliter de

4

termini

terminare & hoc modo dicunt in illis reperiri contin-
gentiam in sensu diuino; tamen supposita diuina provi-
dentia & motione, nullam rebus contingentiam relin-
quere, Id quod satis aperte docet Bañes. 1. p. q. 14. ar. 13.
dub. 1. conclus. 3. col. 917 littera. A. ibi. Sed aduertendū
circa istam rationem, quod licet causæ contingentes prout
subduntur determinationi primæ causæ, sint determina-
tæ & completæ ad operandum (atq; adeo non maneant con-
tingentes quoniam hanc determinationem & com-
plementum contraponit contingentia ut patet ex se-
quentibus) tamen simpliciter & in sensu diuino contin-
gentes manent & indeterminatæ & incompletæ. Et
1. p. q. 19. §. his prædictis. ver. 3. col. 631. littera. D. nul-
lus effectus est aut dicitur formaliter contingens per
respectum ad voluntatem vel providentiam Dei sed
per respectum formalem ad causas proximas; Et ratio
nem addit ex eo quod omnis effectus in ordine ad Deum
est infallibiliter eueniens, & plura addit in hanc senten-
tiam: ^{et quidem} tamen quod si contingentiam negasset respec-
tu diuina providentia, solum ut præscientiam includit
solumq; voluisset effectus non dici posse contingens respec-
tu Dei, eo quod non, illo inscio, aut contra eius intentio-
nem eueniant, verum certè dixisset cum tamen aper-
te intelligatur negare contingentiam respectu diuina
præordinationis & præmotionis, quatenus dicit solum
potentiam aliter se habendi, etiam supposita præmotio-
ne diuina, quod efficax sit; Sic certè eius dicta proba-
re non possumus, præsertim cum maxime probentur

511
Sectio 28^a

Lutherus apud
Rosin.

Luthero & suis, ^{qui} ~~quid~~ procul dubio sub eadem distinctio-
ne eandem prorsus doctrinam de contingentia sequuntur.
- Ecce enim apud Rosensem nihil dissentit Lutherus qui apud
Rosin. art. 36. fol. 320. sic ait. Fallit hos miseros-
homines rerum humanarum inconstantia seu ut vocat
contingentia (Ecce agnoscit inconstantiam, & contingen-
tiam in rebus humanis, non tamen aliter quam Barthes
sed solum quatenus (ut & ille) agnoscit res humanas in-
differentes esse, ut sic vel aliter modificentur à Deo, ta-
men, quia absolute divina providentia omnes res inferi-
ores efficaciter determinat, nec respectu illius putat esse
contingentiam, ideo subdit. Oculos enim suos stultos mer-
gunt in res ipsas, operaque rerum, neque aliquando elevat
in conspectum Dei, ut res supra res, in Deo cognoscerent,
nobis enim ad inferiora spectantibus, res apparent arbi-
traria & fortuita. Ecce admittunt contingentiam res
pectu causarum inferiorum in sensu diuino. Subdit au-
tem, quod ad sensum compositum attinet. Sed ad super-
na spectantibus, omnia sunt necessaria, quia non sicut
nos, sed sicut ille vult, ita vivimus, facimus, patimur,
omnes, & omnia; & infra. cessat liberum arbitrium
erga Deum, quod apparet erga nos & temporalia. Et utri-
usque ratione post subdit. Illic enim non est transmuta-
tio, nec vicissitudinis obumbratio, hic vero omnia mu-
tantur, ac variantur. Et Melanthon Lutheranus
apud Ruardum pag. 235. Si ad predestinationem
(inguit) referas humanam voluntatem (Ecce sen-
suum compositum) nec in internis, nec in externis ope-
ribus, ulla est libertas, sed eveniunt omnia iuxta

Melanthon apud
Ruard

6 prædestinationem divinam: si ad opera externa refe-
ras voluntatem (ecce sensum divinum qui dividit vo-
 luntatem & opera à prædestinatione Dei) quadam esse
videtur iudicio natura libertas. Certe in his difficile
 inuenietur differentia inter sententiam horum hære-
 ticorum & sententiam M. Bañes si rem spectemus. Erit
 forte in usu loquendi, aliqua differentia quatenus Ba-
 ñes loquendo sine distinctione, & absolute vult concedendâ
 esse contingentiam in rebus; è contra vero hæretici eam
 negare malunt; & hi quidem peius errant: certè tamen
 supposito primo suo errore magis consequenter loquuntur,
 quia denominatio absoluta sumenda est ex rebus ut absolu-
 tæ sunt; absolute autem nunquã causa inferiores diui-
 sa sunt ab efficacia prædestinationis Dei, & ideo cum res-
 pectu illius, ex sententia Bañes, nullam habeant con-
 tingentiam, absolute iuxta sententiam M. Bañes negâ-
 da esset contingentia.

magis consequen-
 ter vni loqui hære-
 tici præmissis su-
 is principijs negant
 absolute contingē-
 tia.

7 Præterea sequitur aduersarios nullam ponere in
 voluntate indifferentiam posse^{ab}. aliam, quia scilicet
 voluntas possit se ipsam determinare, sed tantum ponere
 indifferentiam negativam & passiuam, negativam sci-
 licet quatenus de se non est determinata magis ad vnu
 quam ad aliud, passiuam autem quatenus est determi-
 natibilis non ex vi propriæ efficientiæ, sed à Deo ad vtrum-
 libet. In quo & aduersarij & hæretici videntur conue-
 nire, nam aduersarij catholici re ipsa non admittunt in-
 differentiam positam in voluntate ut scilicet voluntas
 possit se ipsam a se determinare, Bañes. i. p. q. i. q. ar. 13. §. ad
 argumenta respondetur vericulus sed arguit quispiam
 col.

Aduersarij solum
 videnti ponere in
 voluntate indiffe-
 rentiam negativã
 vel passiuam, non
 tamen positivã, vel
 aliam.

Bañes.

col: 534. litera. B. ait. quod nulla causa secunda
~~liberitas creata~~ potest operari, nisi sit a prima determinata & certe principia
Hæreticos autem certum est id etiam asserere, ^{quod} ~~ita docet~~ ^{intelligitur deo}

Calvi. apud Ruar. Calvinus a p^o. Ruardus p^o. 264 non habere hominē
dominium suorum aliorum, quod is non sit, qui flectere se
in utranq; partem à se ipso possit, Indifferentiam autem
negativam ^{sicut} ~~semper~~ ^{sic catholici} admittunt ~~Catholici~~ ita & procul
dubio eam admittunt hæretici; unde & admittunt potē
tiam passivam, quia scilicet possit se in utranq; partē
verti a Deo. Nam ut Stapletonus lib. 4. cap. 4
vers^o. Ad quartum. iccirco docuit Lutherus ut citat Ke
nitius quod quando patres — liberū arbit^o defendunt
capacitatem eius prædicant, quod scilicet verti possit ad
bonum, per Dei gratiam.

Stapleto.
Lutherus.
Kenitij.

IN AD E M. P O S T R E

ma conclusio sectionis quartæ

probatur ex sufficientia-

auxilij prævenien-

tis.

Sectio vigesima nona

Altera eaq; efficacissima ratio pro nostra conclu
sione, sumitur ex distinctione auxilij divini sufficien
tis, & efficaciis, & ex certa omnium catholicorum sententia,
quæ docet eos, qui non operantur, ut plurimum habere au
xilium sufficiens, quo possint operari (dixi ut plurimu
ne disputationem moveamus de insignibus quibusdam
pecca

Sectio 29^a

peccatoribus, quos induratos vocant, quibus denegare Deum auxilium sufficiens, etsi videtur durum, non est tamen omnino improbabile) ergo ex illa suppositione sic probatur nostra sententia. Qui non recipit de facto aliud auxilium efficax, habet adhuc auxilium sufficiens, quo potest converti, & quo si non convertatur, est solum per ipsum hominem; igitur non est illi necessarium aliud auxilium efficax: sufficiens enim dicitur, quod se solo potest aliquid facere: unde implicat in terminis dicere, hoc sufficit, & ultra hoc aliud est necessarium, quia necessitas unius inducit in sufficientiam alterius, et e contra sufficientia unius excludit necessitatem alterius.

1. prob^o

2

Uim huius rationis ut fugiant aduersarij, varia respondent. duas tamen solutiones adducam, quibus magis solent insistere. Prima est Deum non denegare cuiquam auxilium efficax, nisi quia abusus est auxilio sufficiens, seqz fecit indignum auxilio efficaci.

1^a solutio aduersarij

At hac solutio repugnat aduersariorum principijs, si tamen aliquid dicit, quod proposito seruiat. Petoq enim utrum habuerit ille auxilium efficax, ut bene uteretur sufficiente nec ne: Si habuit auxilium efficax, iam ergo restitit auxilio efficaci ex suppositione quod illud haberet; quod est nostrum ^{contra aduersarij} inuouens intentum; quia enim ratione restitit auxilio efficaci, quod Deus ei concesserat ad rectum usum auxilij sufficientis, eadem, inquam, ratione resistere posset auxilio efficaci concesso ad actum contritionis. Unde sequitur manifeste, quod neutrum illorum sit efficax de se, sed solum de facto, accedente libera arbitrij cooperatione: Si autem ad rectum usum

refellitur

auxi

Sectio 29^a

auxilij sufficientis, denegat etiam Deus auxilium effi-
cax, redit eadem vis argumenti: non enim dicitur illud au-
xilium sufficiens, quo solo nec potest converti, ut aduersarij
ponunt sine efficaci, nec potest se disponere, ut recipiat auxi-
lium efficax necessarium ad conversionem.

Adde quod nunquam explicant aduersarij, quid nā
sit ille rebus usus auxilij sufficientis, medius inter ipsum
auxilium sufficiens & auxilium efficax, & quo dignus
efficiatur homo, ut infallibiliter accipiat auxilium effi-
cax. Etenim si usus ille sit aliquis actus bonus, semper
iuxta aduersariorum principia, necessario illum prece-
det auxilium de se efficax.

fr. franciscus Su-
mel.

Audio aliquos dicere ad auxilium sufficiens infalli-
biliter sequi auxilium efficax, nisi aliquo peccato homo se
reddat indignum illius. Sed hoc absurdum, in primis est con-
tra experientiam. Sape enim qui non habet auxilium effi-
cax, nec tamen peccat. Adde quod, qui ex aduersarijs consequē-
ter loquuntur, etiam docent ad actum peccati requiri efficace
promotionem vel auxilium Dei. Unde adhuc maior restat
difficultas: qui enim habuit auxilium sufficiens, non solū
cum eo non potest habere actum contritionis, vel se disponere
ad recipiendum auxilium efficax, sed vi diuina promotionis
inducitur inuitabiliter ad actum, qui non potest non esse
peccatum, & illum reddere indignum auxilio effica-
ci.

2^a solutio.

Secunda solutio, & ea inter aduersarios frequentior
est, que asserit auxilium sufficiens dari quidem homini,
ut possit operari, & id sufficit, ut non stet per Deum si homo
non consequatur salutem, non tamen dari auxilium suffi-
cians

3

4

ciens dari quidem homini ut possit operari, & id sufficit ut non stet per Deum, si homo non consequatur salutem, non tamen dari auxilium sufficiens, ut de facto operetur. Unde dicunt auxilium illud esse sufficiens ad posse & non ad facere. Imo addunt aliqui. quod per auxilium sufficiens potest homo de facto operari, & sic imputatur ei si non operetur, non tamen operabitur de facto; nec enim (inquiunt) ut imputetur alio, est necessarium, quod detur auxilium, quod de facto operatur; quoniam sic, nunquam imputabitur aliqua alio, sed sufficit quod detur auxilium, quo simpliciter loquendo potest de facto operari; tunc enim propria culpa est, quod de facto non operetur. Et addunt idē prorsus dicendum esse, in nostra sententia, etenim & nos fatemur neminem posse operari, solo auxilio sufficienti si denegat Deus auxilium efficax, & tamen qui habet auxilium sufficiens sine efficaci, revera sua culpa non operatur. Cuius rationem esse volunt, quod auxilium sufficiens, tenet se ex parte potentiae, & complet illam reddit q̄ expeditam ad operationem. At auxilium efficax tenet se ex parte operationis, unde supponit potentiam omnino completam, non ligatam, nec impeditam.

Et si quis vrget, illud auxilium efficax esse causam nostrae operationis, & prius natura suscipi esse in potentia quam sit ipsa operatio, ac proinde tenere se ex parte potentiae. Respondent auxilium efficax, non perfecte cognosci esse prius natura, quam consensus & operatio, quin cognoscatur esse simul tempore. Pro illo enim priori (inquiunt) non constituitur potentia voluntatis, in ratione potentiae, sed in ratione

Verba sunt Fr. Diaci Nuno, in suis scriptis ad 1^{am} confirmationem & argum^{ti} ubi supra.

Idem ubi supra.

Idem ubi supra.

operantis initiatiue, & ideo supponit potentiam sufficienter constitutam ad operandum, atq; adeo culpa illius est si non operetur & si careat auxilio efficaci.

refellitur 2^a. 10. lu?

Dolendum certe est rem omnium fere, quae Theologia sacra habet gravissimam, his minutissimis, leuissimis q; argumentis confundi, & lucem clarissimam tenebris obscurari. Quid enim refert obsecro si auxilium illud efficax constituat in ratione potentis, vel in ratione operantis initiatiue? Quid si illa prioritas natura intelligatur cum simultate temporis sine illa, ut imputetur homini, quod non operetur & ut dicatur habuisse sufficientia auxilia ad salutem; si re vera ex solo auxilio quod tantum habuit, nec potuit conuertere, nec aliquid facere, ut obtineret auxilium efficax quod simpliciter erat necessarium ad operandum? -

Utrum Auxilium distinguat^{ur} in auxiliu sufficienti^m repositu, & ut faciat

Non adeo leuiter nam illam distinctionem de sufficientia auxilij ad posse & non ad facere, comprobare potuissent ex Augustino tum alibi tum maxime in libro de correptione & gratia cap. 11. & 12. ubi inter Adam dum fuit iniustitia originali constitutus, & inter eius posteros predestinatos per Christum hanc videtur constituere differentiam, ut scilicet Adam acceperit auxilia, quibus posset perseuerare, non tamen quibus defacto perseueraret in ea iustitia. At predestinatis per Christum dantur auxilia non solum quibus possint, sed quibus defacto perseuerent. Videatur etiam Augustinus circa principium questionis 2^a. lib. 1. ad Simplician.

1^o. sensus predictae distinctionis Querus

Pro intelligentia Augustini & huius rei explicacione, notandum est dupliciter posse intelligi eam distinctionem. Primo sic ut distinguatur auxilium sufficiens, non solum quo possit homo operari, sed quod sine alio de se esset suffi

sufficiens in ratione principij ad actualem operationem, si voluntas defacto se determinaret, & illi auxilio, & eius cooperationi suam met ipsius voluntati cooperationem coniungeret, tamen auxilium tale sit, quo homo praevidetur à Deo defacto non conuertendus, vel non perseveraturus; & ita distinguatur ab auxilio, quod defacto congruum sit, hoc est, quod tale sit, quo Deus praevidit hominem cooperaturum, & quod ad proinde datur, ut eo defacto homo perseveret. Et hoc modo Augustinus rectè usus est hac distinctione, non sub his terminis, sufficiens ut possit, & insufficientis ut faciat; qui termini significant, ex parte ipsius auxilij, quod dicitur sufficiens ad posse insufficientiam aliquam, aut defectum, ratione cuius non sit reducibilis ad actum, sed sub his terminis in predicto cap. 12. Aliud est adiutorium, sine quo aliquid non fit, aliud est adiutorium quo aliquid fit; Et infra. Primo itaq; homini, qui acceperat posse non peccare et; datum est adiutorium perseverantiae, non quo fieret, ut perseveraret, sed sine quo, per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero sanctis praedestinatis non tantum tale auxilium perseverantiae datur, sed tale, ut eis perseverantia ipsa donetur. Et hoc modo non tam distinguitur auxiliu ex parte sufficientiae quam ex parte effectus praevisi a Deo, nec tamen distinguitur in ratione entis per maiorem vel minorem perfectionem, aut virtutem, sed in ratione gratiae, quatenus longe maior gratia, est misericordia Dei est, id auxilium praebere alicui, cui praecognoscitur defacto cooperaturus quam si praebeat auxilium aliquod perfectius & maioris virtutis, cui praecognoscitur à Deo ipse homo non cooperaturus. Neque

Augustinus: quibus terminis statuitur hac distinctione.

Augustinus: quibus terminis statuitur hac distinctione.

Sectio 29^a

contra hanc distinctionem hoc modo explicatam procedit argumentum, quod supra fecimus contra aduersarios, nam etiam auxilium, quod Deus concedit reprobo ut possit operari, non ut operetur, de se erat sufficiens, non solum ad posse, sed ad facere ita ut illius tantum cooperatione, posset homo se conuertere, si propria determinatione vellet eidem auxilio cooperari. At hic non est sensus aduersariorum, in hac distinctione.

U sensus aduersari-
orum & falsus.

Aliter ergo explicari solet predicta distinctio, ab aduersarijs, scilicet ut sit distinctio ex parte potentiae vel sufficientiae ipsius auxiliij, ita ut auxilium sufficiens sit, quod de facto dat virtutem homini, & sufficientiam ut possit operari, non tamen de se virtutem habet vel sufficientiam ad ipsam operationem, sine alio auxilio praeuenienti de se efficaci, ita ut sine illo de facto non solum nunquam consequetur effectum, imo repugnat ut consequatur ex defectu virtutis. Cōtra vero auxilium efficax sit illud, quod habet virtutem ad ipsam operationem, imo & eam virtutem, cui voluntas non possit resistere.

Hoc autem modo Augustinus, nunquam utitur hac distinctione. Nam esto, aliquando significet aliquibus peccatoribus non dari auxilium sufficiens quos proinde dicit non posse operari, ut in libro expositionis epistolae ad Romanos propositione 62. dicit de Pharaone, Non ergo hoc illi imputabatur, quod tunc non obtemperauerit, quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat, in quo pie interpretandus est; tamen nunquam voluit Augustinus dari auxilium aliquod quod sufficiens sit, ut eo possit homo operari, insufficienti tamen de se ut eo operetur. imo vero in hoc sensu expresse

Sectio 29^a

Docet, etiam hominem, qui non operatur habere sufficient
 auxilium ut operetur (id est) habere illud auxilium, quod sine
 alio auxilio praevienti determinationem voluntatis deseruif
 ficeret etiam ad actualiter cooperandum voluntati, si ipsa vo
 luntas se determinaret. Etenim in libro 83. questionum
 quas. 68. sic ait. Negz illi qui noluerunt venire (scili
 cet vocati) debent alteri tribuere, sed tantum sibi quoniam
ut venirent vocati erant in libera voluntate. Ecce di cum
 tur vocati & quidem sufficienter, non ut possent venire so
 lum sed etiam ut venirent. at tamen in libera voluntate
 ita quod non ex insufficientia vocationis etiam ut defac
 to venirent, sed ex defectu libertatis ipsius voluntatis non ve
 nerunt etz. Imo & in eodem cap. 11. de correptione & gratia
 de Adamo sic ait. Sane habuit (scilicet eam gratiam) in
qua si permanere vellet nunquam malus esset, sed eam ta
men per liberum arbitrium deserere posset; negz ipsum ex
go Deus esse voluit sine sua gratia, quem reliquit in eius
libero arbitrio, quoniam liberum arbitrium ad malum
sufficit, ad bonum autem parum est nisi adiuvetur ab om
nipotentis bono, quod adiutorium si homo ille per liberum
non deseruisset arbitrium, semper esset bonus, sed deseruit &
desertus est. Observentur illa verba. in qua si permanere
vellet nunquam malus esset. ubi aperte ostenditur suffici
 entia auxilij in Adam etiam ad actuali perseverantiam;
 & illa verba. quod adiutorium etz & illa. Sed deseruit &
desertus est. quibus manifestum est ex parte auxilij pra
 vementis, nihil defuisse Adamo necessarium, ut defacto per
 severaret, alia dum illud necessarium denegavit Deus ante

Augustinus lib. 83.
questioni. q. 68.

De correptione & gra
tia cap. 11.

eter

Sectio 29^a

determinationem voluntati Adami in malum, verum non esset quod ait Augustinus. Deseruit, & desertus est, sed potius è contra verum esset, desertus est, & deseruit, imò neq; ad huc tunc esset verum, quod Adamus deseruit: non enim dicitur deserere, qui non ex propria determinatione, sed ex defectu alicuius necessario prerequisite, quod illi non conceditur, omittit sequi vel operari; & infra ait idem Augustinus explicans omnia quæ diximus. Tale quippe erat auxilium, quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet. Ecce sufficientiam ad factum ipsum, & ad actualem perseverantiam: quia tamen adhuc auxilium illud, non id erat quod defacto esset perseveraturus; subdit. Non quo fieret ut vellet. & infra idem explicat, dicens. Dederat adiutorium sine quo in ea non posset permanere, si vellet; ut autem vellet, in eius libero reliquit arbitrio esse.

Quare prædeterminati sunt
per X^m necessarium sit
maius auxilium quod per
severaretur

Quod si aliquando Augustinus in prædictis capitulis vel alibi doceat, homini post lapsum, necessarium fuisse aliquod auxilium in se maius & fortius virtuti ad perseverandum quam fuerit datum Adamo, id certe factum fuisse docet, non quia Adamo denegatum fuisset sufficiens auxilium etiam ut defacto perseveraret si vellet, sed quia ad ipsam actualem perseverantiam, maiori auxilio opus esset homini lapsi, propter graviores difficultates sui status, quas vincere oportebat quæ tamen Adamo defuissent. Cuius differentie rationem in eodem cap. 12. explicat huius verbi. Tales vires habebat eius voluntas quæ sine ullo fuerat instituta peccato & nihil ex se ipsa concupiscentialiter resistebat, ut digne tante bonitati & bene vivendi facilitate perseverandi committeretur

Sectio 29^a

teretur arbitrio et; nunc vero postquam est illa magna peccati merito ammissa libertas, etiam maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas; Hi infra inter tot, et tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, et ideo perseuerare non posset, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis, ut possent. Subuentum est igitur infirmitati voluntati humanae, ut diuina gratia indeclinabiliter, et insuperabiliter ageretur. Idcirco cum Augustinus dicit de negatum fuisse Adamo hoc auxilium, quod datum est posteris predestinatis ad diu perseuerandum in victoria tentationum et; no loquitur de auxilio, quod illi fuisset necessarium, vel, ut posset perseuerare, vel ut perseueraret de facto in illo statu in quo non erant eiusmodi tentationes, nam etiam si de facto perseuerasset, non opus illi fuisset tale auxilium, cum no haberet eas tentationes, vel difficultates; sed loquitur de auxilio quod posteris in natura lapsa erat simpliciter necessarium ad diu perseuerandum; Adamo autem in eo statu esset non necessarium, sed superabundans et;.

12 Deinde in hoc ultimo sensu (qui est sensus aduersarij) praedicta distinctio sufficientis auxilij ad posse, et non ad facere nullo modo est admittenda, in nostra sententia, ut aduersarij obijciunt: Licet enim concedamus praeter entitatem ipsius auxilij sufficientis in se necessarium esse ad actualem operationem, concursum aliquem supernaturalem ab illo auxilio realiter distinctum, et concursum etiam primam causam; tamen in ratione principij ex parte causa secunda no

Distinctio in 2^o sensu ad vers. non procedit secundum nostram sententiam in auxilio concomitanti

ponimus

Sectio 29^a

ponimus aliud auxilium necessarium præter ipsam vo-
cationem, quam vocamus auxilium sufficiens eo quod dese
sufficiens est ad producendum illum concursum realiter dis-
tinctum, quem necessarium ad operationem: dese
enim determinatum est ut hunc concursum producat si vo-
luntas se determinet ad cooperandum. Dicimus præterea es-
se a auxilium sufficiens, quatenus coniungitur d determinationi
ni & decreto causæ primæ quæ parata est ad concurrendum
suo vniuersali concursu cum ipso auxilio, quando voluntas
ad cooperandum se determinet; alia etiam si in intellectu
& voluntate poneretur illi motus vocationis, si causæ primæ
decreuisset non cooperari illis, non diceremus esse auxilium
sufficiens, esto in sua entitate haberet prorsus eandem ratione
& virtutem in actu primo.

Imo & hinc sumitur argumentum contra aduersa-
rios quia ipsi fatentur influxum generalem Dei esse necessa-
rium, ut homo constituatur potens ad operandum. Unde &
sine auxilio generali nec diceretur potens ad operandum, &
consequenter nec diceretur habens sufficientia auxilia, cū
non dicitur sufficiens, quod saltem non dat ipsum posse. Et
tamen influxus generalis non est aliquid in ipsa potentia cons-
tituens illam in ratione potentis, sed est per modum actualis ope-
rationis: Ergo etiam si illud auxilium præueniens dese efficax,
quod aduersarij confingunt, non esset per modum potentie
constituens voluntatem potentem ad operandum, sed solum
actu operantem in initiative; Deo illud denegante, non diceretur
homo habere auxilium sufficiens, sicut nec diceretur

habere

Quod sine illo auxilio
efficaci nõ esset homo
potens probatur quia sine
auxilio generali non es-
set potens.

fr. Didac. Num. sti S.
ad confirmationem S.
argum. enti

habeere auxilium sufficiens, denegante Deo influxum generalem.

14 Huius ratio est quia hic non loquimur de potentia physica in actu primo, sed de potentia morali, qua scilicet, sufficit, ut per hominem stet, si non convertatur eo quod potuerit converti. Ad hoc autem impertinens est considerare, an id per quod potest converti, sit aliquid in ipsa, quod illam intrinsece constituat in ratione potentia, nec ne, sed tantum considerandum est, an ante ipsam determinationem voluntatis, sint iam posita & preparata omnia requisita, quae non pendent ex eius potestate; ut si his positis ipsa voluntas sua determinatione se coniungat illis, & cum illis operetur, tribuatur libertati ipsius voluntatis, cuius tantum determinatio spectatur, ut sequatur actio; si autem secus, illis omnibus positis ex sua libera determinatione, voluntas contineat suum influxum, ex cuius defectu non sequatur actus, tribuatur culpa ipsi voluntati, ex cuius solo defectu, & non ex defectu alicuius alterius prerequisite actio sequuta non est, ad quam preparata erant quantum est ex se omnes alia causa.

Ratio quare non refert an sit potentia in tione principij primi intrinsece per auxilium efficax nec ne

15 Et id confirmatur quia etsi ego habeam potentiam visivam ad videndum, si tamen lucem non habeam defacto, neque possim facere aliquid per quod obtineam lucem, simpliciter in genere moris, impotens sum ad videndum; nec mihi imputabitur si non videam; e contra vero etsi defacto non habeam lucem, si tamen possim habere, mihi imputabitur si non videam, cum tamen potentia

Confirmatur ex exemplis.

Sectio 29^a

tentia visiva, physicè integra sit sine lucem habeat in medio, siue non habeat. Item generaliter etri habeam integram quamlibet potentiam physicam, si non sit in mea potestate passò illam applicare, simpliciter verum erit actus illius non esse in mea potestate, meq; non habere sufficientia auxilia, vt operarer, vel possum operari talem actum; sed certè ex sententia aduersariorum multo magis necessaria est ad actum contritionis, vel quemuis alium, illa applicatio seu promotio diuina, quam vocant auxilium efficax: ergo qui illam non habet in sua potestate, esto habeat omnia alia principia operandi, non dicetur habere in potestate sua illum actum. Idem explicat, quòd puer qui non scit scribere, etri habeat potentiam physicam ad quemlibet motu calami, imò etsi possit rectè scribere, si magister eius manum moueat ac dirigat, nihilominus simpliciter non habet in sua potestate vt scribat, è quòd non habet in eius potestate, vt magister moueat, vel dirigat eius manum, ea motione, quæ necessaria est illi ad scribendum. Vnde si magister non moueat eius manum, nec offerat illi motionem, imputari non poterit quero, quòd non scribat; è contra vero, si magistro mouente manum, vel se offerente ad eam motionem, puer non acquiescat, certè eidem quero imputabitur, quòd non scribat. Igitur voluntas hominis quantumcumq; sit quasi physicè constituta in esse potentia ad actum contritionis; si tamen omnino indiget promotione Dei, quæ non est in eius potestate, & Si Deus ei denegat talem promotionem, non illi imputabitur si non operetur; cum tamen si ex parte Dei po-

sita

Sectio 29^a

sita sint, vel oblata omnia requisita (Et ut nostra habeat sententia) pro sola determinatione sua libertatis desinat operari, iure optimo illi imputabitur si non operetur.

16 ⇒ Adde intelligi non posse, imo implicare contradictionē ut auxilium sit sufficiens ad posse operandum & non ad operari, quia ratio potentia sumitur per ordinem ad aliquem actum, ergo si per auxilium sufficiens constituitur voluntas in ratione sufficientis potentia, certē constituitur in ratione sufficientis, in ordine ad actum ipsum, unde implicat contradictionem dicere, est sufficiens ut possit, non est sufficiens ut faciat, sicut et implicat dicere, est sufficiens ut faciat, non est sufficiens ut possit. Etenim cum dicimus sufficiens ut possit nihil aliud intelligimus, nisi potens sufficienter ut faciat: est enim observandum (nam & in hoc adversarios allucinari suspicor) cum dicimus auxilium esse sufficiens ut possit, scilicet ut possit, non sumi tanquam terminum seu actum, ad quem ordinatur auxilium sufficiens: constat enim nullum actum esse quem auxilium sufficiens producat, ad quem ex adversariorum sententia non sit de se necessarium aliud auxilium efficax: Ipse ut scilicet ut possit, sumendum est ex parte ipsius auxiliij, ut idem sit dicere, auxilium esse sufficiens ut possit, ac dicere auxilium esse potentiam sufficientem, vel complementum sufficientis potentia, certē est sufficiens in ordine ad aliquod aliud, atq; adeo est potentia sufficiens ad operandum.

17 Dices ideo solum appellari auxilium sufficiens ut possit quia sufficienter constituit potentiam in ratione po-

Implicat ut auxili-
um sufficiat ad posse
& non ad facere

† quod si est potentia
vel complementum po-
tentia sufficientis.

Alia evasio adver-
sarium

ten

Sectio 29^a

tentia vel cause secundae: ex quo tamen non sequitur quod habeat actum sine praemotione cause primae.

Refellitur 1^o

Sed contra primum; Quia ut dixi hoc solum est considerare integritatem potentiae in genere physico, quae imper tinens est ad genus moris de quo agimus ut iam dictum est: imo in ordine ad exercitium, ex quo solum ratio laudis vel vituperij involuntate sumenda est, non diceremus simpliciter ignem posse calefacere, si causa prima decrevisset non concurrere ad calefaciendum: ergo similiter, simpliciter & absolute non diceretur potens ad operandum voluntas, si deesset illi auxilium illud efficax, quod adversarij dicunt esse simpliciter necessarium.

17

Refellitur 2^o

Præterea quia illud auxilium efficax nequit intelligi quin ponat aliquam qualitatem inhaerentem voluntati, quæ sit virtus efficiens ipsius actus contritionis. V. g: ergo complet voluntatem in ratione principij, & potentia vel causa secunda, complet enim eius virtutem simpliciter inhaerendo illi complemento necessario ad operandum atq; ad eam complet in ratione causa secunda: omnis enim virtus activa creata ad rationem causa secunda spectat cum non sit causa prima. Unde cessat prædicta solutio adversariorum.

18

Auxilium efficax non possunt negare adversarij quin ponant aliquam qualitatem in voluntate

Illud autem antecedens scilicet quod auxilium efficax ex sententia adversariorum ponat aliquam qualitatem inhaerentem, constat; quia illud auxilium non est formalis & immediata productio actus contritionis, sed immediate est applicans voluntatem ut ipsa producat actum: At nequit intelligi quod sit actio immediata in voluntate, quin in ea ponat tanquam

19

terminum immediatum aliquam qualitatem operati-
nam ipsius productionis voluntatis & actus contritionis. Er-
go. Porro minor propositio ferè ex terminis constat, quia nul-
la potest esse actio sine aliquo termino immediato; at termi-
nus immediatus illius promotionis non potest esse ipse actus cõ-
tritionis ut verumq; explicatum est supra sectione 11^a. nu-
7. signandus est ergo alius terminus immediatus. Quod
autem ille terminus, non possit esse, nisi aliqua qualitas, ma-
nifestum videtur, cum ad nullum aliud predicamentum, pos-
sit pertinere, ut facile constabit discurrenti per singula.

20

Ex dictis satis videtur sequi hos autores re ipsa nega-
re distinctionem auxilij, in auxilium sufficiens & efficax
quam & heretici negant ut notat Bellarminus lib. 1. de
gratia et lib. arb. cap. 1. ver. quid ad prozem; & Gregorius ^{de Valena} non quod
tom. 2. comment. theolog. disput. 8. q. 3. puncto. 4. c. 1^o prin. ver. ex qui 69; non quod
- Neque illas illustrationes vel indeliberatos affectus, quos
experimur, sed quod dicant, illos non esse auxilia sufficientia
sine auxilio efficaci, in quo solum ponunt sicut & efficaciam
ita & sufficientiam; Et id certè dicunt in re, ij autores cum
negent sine auxilio efficaci habere hominem auxilium suffi-
ciens ut faciat, quod in re est dicere, ut declaratum est, non ha-
bere etiam auxilium sufficiens ut possit.

A diversaria sen-
tentia re ipsa negat
distinctionem auxilij
in sufficiens & efficax

21

Ex quo etiam coincidere videntur in errorem di-
centium reprobos non posse salvari, etiam in sensu diviso :-
non enim potest converti, vel convertus perseverare sine præ-
motione cause primæ. Unde & M. Banès 1. p. q. 14. ar-
tic. 3. dubio 3. ad argumentum primum in fine col.
& 34 littera D. docet simpliciter hanc propositionem. Nul-
la secunda causa potest operari, nisi sit efficaciter à prima
determinata; at reprobis non est efficaciter determinatus
à Deo

A diversa sententia dec-
linat in errorem dicentium
reprobis non posse salvari

Banès

à Deo, ut convertatur vel perseueret. Ergo simpliciter non potest converti & perseuerare; praesertim cum etiam simpliciter non possit facere ex sententia aduersarium, ut Deus illum efficaciter determinet.

Nec video quo meliori modo possit Bancius fusere hoc inconueniens, quam si dicat de his quibus deneget Deus auxilium efficax, idem quod dixit de alijs quibus negari existimat auxilium sufficiens certo quodam modo de quibus 1. p. q. 23. art. 3. dubio 3. circa octauam conclusionem col. 727 litera D. sic ait. Obseruet Theologus, quod non omnibus datur auxilium, quo possint credere articulos fidei, sed intelligendum est de possibilitate tertio modo. scilicet ut explicauerat conclusionem 4. litera C. de possibilitate, qua habet in se potentiam per aliquod principium intrinsecum, & quodammodo proportionatum. Ceterum (subdit) de possibilitate secundum legem ordinariam, omnes possunt credere Euangelium; sed haec potentia non fundatur in auxilio supernaturali recepto sed possibiliter recipiendo, & in libertate arbitrij; & conclusionem D. postquam statuit hanc conclusionem. vere dicitur Deus paratus dare omnibus hominibus quandiu sunt in hac vita auxilium quo fiant potentes converti, imo & auxilium specialius quo convertantur si velint; & postquam reprobauit sententiam eorum, qui sic explicant hanc conclusionem, ut dicat Deus ex parte sua omnibus offerere quantum est ex se, suum concursum indifferentem: tamen etiam subdit. Est igitur nostrae conclusionis sensus catholicus, dum dicitur Deus paratus omnibus opem ferre ad salutem aeternam. quod intelligatur paratus conferre secundum voluntatem, non quidem absolutam quae semper impletur, sed secundum voluntatem antecedentem, vel

volu²

voluntatem signi, quatenus ipse Deus medium proposuit
 toti mundo sufficientissimum ad omnium salutem, per quod
 quilibet homo possit saluari secundum legem ordinariam, qua om-
 nes obligat ut convertantur ad ipsum. Hanc autem legem or-
 dinariam sic explicuit conclusione 5. col. 729. littera. E. sic.
 Dicamus ergo quod possibile de potentia ordinaria definitur in
 ordine ad legem communem datam à Deo in communi, secundum
 quam possibile est aliquid fieri, vel non fieri. Itaque M. Bañes
 tantum vult eius modi reprobos posse saluari, in quantum pos-
 sibile est Deum dare illis auxilium necessarium, ut salui fiant
 quod certe est ponere in Deo potentiam, ut eos saluet, non tamè
 est dare illis potentiam, ut salui fiant, quam tamè edisse eis
 docet Joannes dicens. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, quod
 vix de omnibus hominibus commode intelligi possit, ut minimùm
 tamen de fidelibus etiam reprobis intelligendum est.

Joan. 1.

23

Nec refert si dicat Bañes dedisse eis hanc potesta-
 tem quatenus eis obtulit illam, nam ibidem in decima con-
 clusione sic ait. Deus ab eterno statuit voluntate vel absolu-
 ta vel consequenti non dare omnibus supernaturalia auxilia
videlicet, eis qui resera non erant recepturi; & paulo infra
 quod si quis quaerat, quare potius quibusdam in singulari
 hac dona conferat alijs veri deneget. Respondet S. Thomas
 non esse rationem quaerendam: hoc enim ex simplici Dei
 voluntate pendet. Rogo igitur M. Bañes. quomodo Deus
 offert huic reprobo auxilia supernaturalia, vel quomodo
 dedit ei potestatem filium Dei fieri, si ab eterno statuit sua
 simplici voluntate sine alia ratione qua quaeri possit ex
 parte reprobi, deneget illi auxilia supernaturalia etz,
 nam hinc etiam excluditur quod ipse sit infine non da-
 conclu

non stare ut Deus of-
 ferat auxilia reprobo
 sed ut voluntate efficaci
 pro sola sua libertate
 efficaciter velit dare
 ei auxilia.

Bañes

Sectio 29^a

conclusionis, quod non omnes assequuntur fidem non est ex defectu virtutis Dei. Et enim sicut non sit ex defectu virtutis, erit ex defectu voluntatis, qua non vult applicare talem virtutem. Unde hinc insurgit contra Banes novum & efficacissimum argumentum huiusmodi. Si Deus non haberet virtutem, ut conferret homini auxilium necessarium, siue sufficiens dicatur, siue efficax certe homo simpliciter diceretur non habere potestatem operanti, vel consequendi salutem, iuxta eam modo diximus ex ipso Banes: ergo iddem dicendum erit, si habeat voluntatem non applicandi talem virtutem huic homini; cui perinde est, sicut cuilibet pasto^{non} applicari virtutem ad aliquem alium, & non esse talem virtutem in rerum natura:

Quod non possunt aduersarij recte saluare leges generales.

Nec multum iuvat M^r Banes, quod generalibus Legibus omnibus prouisum sit de auxilijs sufficientibus, quia scilicet lex redemptionis & leges sacramentorum pro omnibus posita sunt, quae enim pro omnibus mortuus est Christus, & pro omnibus instituta sunt sacramenta. Vel enim haec leges vniuersales, solum ad hoc tendunt ut Christus v.g. moreretur, & hoc solum non sufficit ut dicatur, mors Christi proposita ut remedium generale, vel auxilium omnibus. Nam certe potuit Deus statuere ut Christus moreretur & non in ordine ad hominum redemptionem. vel ulterius lex redemptionis v.g. in eo posita est, ut ultra de cretum mortis Christi intelligatur quasi alio actu, vel eodem actu ulterius progrediente, illam mortem ordinari ad redemptionem omnium; Et tunc vel ille actus quo mors Christi ordinatur ad hominum redemptionem respicit in particula, vi homines redimendos & non alios, & tunc iam sequitur

24

non (mā) hoc illi iuvat

contra

55
contra Magistrum Bañes, quod hæc leges non sint posi-
te pro reprobis, atq; adeo, ^{ut reprobis} non habeant auxilium sufficiens,
vel respicit omnes etiam reprobos sub ratione generali & indif-
ferenti, aut in particulari, sub conditione tamen si ipsi vel-
lint uti auxilio tali redemptionis. Et tunc certè admittit
Magister Bañes actum divina providentia qui non sit de se
efficax, & de cuius ratione non sit, ut medium per illum dispa-
situm ad aliquem finem, eundem finem asequatur: quod tamè
vehementer illi displicet affirmanti id esse ponere imperfectio-
nem in Deo, ut inferius latius dicemus.

29
Sed restat scrupulus aduersariorum dissoluendus, ut
iam finem ponamus huic sectioni, & explicemus distinctio-
nem auxilij sufficientis, & efficacis. Aiunt itaq; aduersarij, si
auxilium sufficiens, de se sufficiens est non solum ad posse
sed etiam ad facere: fit ergo efficax a voluntate ipsa, quod cum
non videatur admittendum, ponendum est aliquod auxilium
antecedens prædeterminationem voluntatis, quod de se sit ef-
ficax, & confirmari potest, quia negari nullo modo potest au-
xilium efficax: at auxiliium efficax sonat vim aliquam irre-
fragabiliter trahentem voluntatem ad opus: ergo est aliquod
auxilium ex parte principij requisiti ultra auxiliium suffi-
ciens.

Aduersariorum ob-
iectio

26
Pro nunc dico breuiter (nam latius infra) auxiliium
efficax ex rigore sermonis ^{idem} esse quod auxiliium efficiens;
vnde supra auxiliium sufficiens nihil addit, nisi ipsum inflex-
um & actualem actionem ratione cuius auxiliium, seu gra-
tia, per modum principij quæ antea erat sufficiens ad agen-
dum, nunc dum actu influat est efficiens, vel efficax; sicut
idem calor, qui dum actu non influat calefactionem, est prin-
cipium

Auxilium efficax idem
est quod auxiliium effi-
ciens.

A quo fit efficax

cipium sufficiens calefaciendi, quando actu influat ipse in se calor sine additione alicuius virtutis, ex parte principij ratione actualis influxus dicitur efficax vel efficiens calefactionem. Quod autem auxilium fiat efficax per se habet ex propria efficientia, tamquam a cooperante minus principaliter & simul influente in eundem effectum habet ab ipso arbitrio.

27

E A D E M. C O N C L U S I O

probatur ex distinctione auxiliij vel gratie, in excitante gratiam & cooperantem.

Sectio Trigesima.

Ex distinctione gratie excitantis & cooperantis probatur eadem conclusio.

Nostram conclusionem ulterius confirmat distinctio auxiliiorum vel gratie, quam docet Concilium in praevientem, quam & excitantem vocat, & in cooperantem & adiuvantem. Ex hoc enim sic probatur nostra conclusio. Gratia praeviens non potest praedeterminare efficaciter voluntatem, nec etiam gratia cooperans: ergo nulla gratia praedeterminat voluntatem. Antecedens quo ad primam partem probatur, ex eo quod Concilium praevientem gratiam constituat in excitatione, quae ut sic non potest praedeterminare efficaciter voluntatem ut supra ostendimus sectione. 2. Quo ad secundam vero partem probatur manifeste, quia cooperans in quantum cooperans, non est prius sed simul cum cooperante. Unde Concilium declarans hanc

L

gra

Sectio 30^a

gratiam per has voces cooperans & adiuuans manifestè voluit docere simultatem quandam non solum tempore, sed natura, inter gratiam & voluntatem, quatenus ex quo gratia & voluntas immediate influunt utrague in alium influxu physico.

2 Confirmatur quia certè manus non dicitur cooperari Calamo, aut instrumento alicui artificiali, sed potius illum mouet: ergo si gratia ipsa applicat voluntatem & præmouet illam, non dicitur cooperari illi, idest simul cooperari cum illa, sed solum verum erit, quod mouet illam. Vnde auctores aduersæ sententiæ, qui dicunt Deum sic præmouere voluntatem, sicut manus mouet calamum, vel sicut etiã quod est exemplum Maestri Bañes, q. 19. art. 8. circa prim^m. disputans in 2^o col. 627. Litera. D. voluntas mouet pedem vel manum, non video quo modo dicere possint gratiam Dei esse cooperantem.

Confirmatur.
manus non cooperatur
calamo.

3 Idem probatur è conuerso, quia secundum Conciliū, ubi supra, etiam voluntas dicitur cooperari gratiæ ergo non operatur solum in quantum præmota à gratiâ, sed influxu aliquo simultaneo cum influxu gratiæ. Vnde licet in hac parte peius errent, magis tam en consequenter loquuntur hæretici, dum ex eo quod ponunt gratiam de se efficacem utpotè præmouentem voluntatem, & voluntatem solum agere ut præmotam à gratiâ, negant gratiam dici cooperantem vel adiuuantem, neq; eo voluntatem dici cooperari gratiæ. Ruard. artic. 7. pag. 274. scripsit (scilicet Calvinus) voluntatem nostram non adiuuari diuina gratiâ, & pag. 277. eius verba refert.

Idem probatur ex aduerso voluntas etiam dicitur cooperari

Calvinus apud
Ruardum.

Pes

Sectio 30^a

Respondent an qui efficit in nobis velle simpliciter voluntatem adiuet. Hinc infra. Sed in quo homini Deum socium adiungunt, quia gratia Dei quam repudiare possit libere recipit et quantum Dei virtuti detrahunt? ubi nota & libertatem voluntatis, quam ipse reprobat, sic eum intellexisse, ut scilicet, ita homo gratiam recipiat, ut eam repudiare possit, scilicet in sensu composito; & quia putat gratiam efficaciter mouere, ideo negasse eam gratiam dici posse adiuantem: id enim in nobis reprehendit, dum dicit, in quo homini Deum socium adiungunt et; utriusque autem scilicet quod nos non dicamur cooperari Deo, neque Deus nobis, refert Bellarminus lib. 6. de libero arbit. cap. 9. verso. Secundo docet, ubi sic ait. Ex quo colligit (scilicet Calvinus & Kemnitius) non proprie dici voluntatem nostram cooperari Deo; quae admodum non dicitur calamus cooperari manui, vel innuare manum ad scribendum, sed solum agi ac moveri à manu, quantumvis re ipsa, ipse literas pingat.

Probatum idem esse
pro voluntate ex se esse
vera causa.

Hinc etiam sumitur aliud argumentum ex eodem Concilio, tum eisdem, tum alijs verbis. voluntas est vera causa actus contritionis, concurrens ad illum per propria suam entitatem; ergo secundum illum concursum non est pre-mota à Deo, sed potest illo esse cooperari, vel illum continere, atque adeo resistere excitationi gratiae. consequentia manifesta est, antecedens vero videtur expressa doctrina Tridenti. cap. 5. tum ex eo quod commemorauimus Concilium docere hominem cooperari; si enim cooperatur, simul operatur & non ut pre-motus tantum: tum ibidem quasi condistinguens hominem

A

Sectio 30^a

a gratia, ait. Neque homo ipse nihil omnino agit
inpirationem illam recipiens, quippe qui illam & abijt
cere potest; & cano. 4. si quis dixerit liberum arbitrium
à Deo motum & excitatum nihil cooperari, ubi post excita
 tionem præuiam ponit gratiam & arbitrium simul cooperari.
 Negz dicimus voluntatem solam posse cooperari: nihil enim
 potest ad altum supernaturalem sine gratia destitutum, nam
 solum conatu suo poterit efficere actum naturalem, sed
 tantum volumus quod sibi assistente gratia simul à se
 tanqz causa partialis minus principalis operetur.

Conc. Trid.

4

Aduersarij certe ponunt voluntatem agere, sed ita ut
 ipse concursus voluntatis, ut à voluntate est effectus phy
 ricus ipsius gratia. v. vide Magister Bañes, ut alia ommit
 tam. i. p. q. 23. ar. 4. ad. 6^m ang. col. 736. litera. E. explicans
 efficaciam gratia & conuersionem nostram esse effectum
 Dei sic ait. Quia ipsa met concurrentia ^{liberi arbitrij} effectus est necessaria
 v^o consequens necessitate consequentia ex diuino auxi
 lio. H^o ut ex contextu constat & ex omnibus locis ubi h^oca
 materiam tangit intelligit de concurrentia voluntatis,
 ut voluntas est, & de effectu & consecutione physica. Sed

Aduersarij ponunt
ipsum concursu volu
tatis esse physicu effec
tum motus gratia

Bañes

+ circa finem
articuli

6

certe Concilium magis vult scilicet voluntatem à se
 ipsa aliquid conuari & influere, simul tamen cum ip
 sa gratia; id quod constat. Primo quia alias vere non dicere
 tur cooperans;

Concilium intendit
voluntatem a se ip
sa agere

7

Secundo etiam quia Hæretici contra quos
 diffinit Concilium, certe ponunt voluntatem agere, sed
 tamen ponunt illum met concursum voluntatis fieri à Deo
 sicut ipsa actiuitas calami vel seræ fit a manu, per mo
 tionem vel per impulsus impressionem, ut constat tum

Hæretici contra quos
diffinit Concilium quid
sentiant de actiui
tate voluntatis

esp

251
 Sectio 30^a

Calui. apud
 Bell.

ex his quæ sectione 23 retulimus ex hæreticis, tum
 etiam ex Caluino apud Bellarminum lib. 2. de statu pec-
 cati cap. 3. vers^o. Idem autor, qui ita ait. Omittit hic il-
lam uniuersalem motionem (vniuersalem eam vocat
 ex parte causæ, non ex parte indifferentiæ ipsius motio-
 nis) unde creatura omnes ut sustinentur, ita & effica-
ciam quidam agendi ducunt. Vbi Caluinus verè effici-
 entiam seu efficaciam quæ idem sunt tribuit volunta-
 ti, sed illam ponunt esse effectam ab influxu Dei phy-
 sicè & non esse ab ipsa voluntate secundum se. Tum de-
 nigz ex Bellarmino lib. 6. de libero arbit. cap. 9. ad fi-
 nem, ibi. Secundo docent (scilicet Caluinus & Kem-
 nitius) voluntatem nostram, in boni pietatis operibus
sic agi à Deo ut non possit non agere, quauis ipsa quo-
qz concurrat actiue, quoniam ipsa est quæ actionem pro-
ducit, tamen concurrente, ut merum instrumentum
Dei naturale (naturale autem ut supra sectio. 23.
 num. 7. visum est intelligit non quod sine usu rationis
 operetur, sed quod determinata sit, unde naturale tan-
 tum opponit libero, ut ex contextu patet) non ut cau-
sam liberam & dominam sui actus. Ecce admittit
 actionem, ideo tamen non liberam, quia non ex se,
 sed receptam ex efficaciâ gratiæ. Unde subdit ex em-
 plum de calamo qui licet efficienter agat tamen ex
 per motum receptum. Contra hos igitur hæreticos def-
 fendit Concilium voluntatem non solum actiue con-

currere

sectio 30^a

currere, vel efficienter, quod & heretici concedebant sed & concurrere ex propria virtute insufficienter tamen, & incompleto concursu, quod quidem sine gratia principalis concurrente, nullo modo posset producere actum supernaturalem.

9

Id quod confirmatur quia voluntas non concurrat ut merum instrumentum Dei, sed ut causa etiam secunda & in suo ordine principalis: ergo concurrat non per motum receptum, seu precise ut mota, sed etiam ^{inchoat} a se quae proinde possit continere atque adeo non consentire excitationi gratiae: antecedens colligi satis patet ex tenore Concilij tum ^{ex eo} quod heretici frequenter ut negant voluntatis libertatem, salva eius actiuitate, explicant semper actiuitatem illius esse per modum instrumenti: ut patet ex citatis sectione 23, quae scilicet tota fit à Diuina motione, ut sic indifferentiam omnem reducant in libertatem Dei praemouentis, qui sic vel aliter praemouere potuit, tollant autem indifferentiam voluntati, quatenus eam omnino ponunt dependentem ab extrinseco mouente & determinante.

Confirmatur voluntas non concurrat ut instrumentum neque precise ut mota

10

Confirmatur praeterea quia aliter verè dicendum esset, Deum solum esse causam meae operationis; consequens est omnino falsum hereticorum dogma; sequella constat, quia instrumentum quod operatur per actionem receptam, non ponit in numero, cum causa principali, à quo mouetur. Unde nō dicimus. manum & calamum esse duas causas scripturae sed verè dicimus manum esse solam causam, unde & haec sequellam concedunt; & Bañes qui contendit maxime Deū esse

Alia confirmatio Non dicendum est Deum solum causam nostrae operationis ut voluntas ad necessarij

Bañes

lectio 30^a

Huño.

esse causam adequatam nostri actus; & Fr. Didacus Huño qui putat esse principium evidens hoc complexum, quod est me operari esse effectum solius Dei, quorum verba retulimus supra sectione 2^a. Minor autem scilicet quod hoc sit dogma hereticorum constat tum ex testimonio Ruardi artic. 7. pag.

Ruardus.
Hæretici ponunt Deum
solam causam.

274. cum hac (inquit Ruardus) palam docet (scilicet Calvinus) nullas habet partes nostra voluntas, quando nostram operamur salutem, siquidem scripsit voluntatem nostram non adiuvari divina gratia, nihil qz boni expressum iri in corde nostro, nisi peritus à Deo fiat (in eodem enim legitur in Ruardo, aliud fiat) ne inter Deum & nos partiamur quod sibi vni vindicat, scilicet Deus etz. Idem refert eiusdem Calvinus verba, in quibus Calvinus & nostram sententiam Augustino tribuit, & eandem reprehendit, eam utroqz modo etiam nollens catholicis & pijs viris maxime commendans. Verba autem sic habent. Erunt forte qui concedant voluntatē suapte ingenio, sola Domini virtute converti (scilicet per excitantem gratiam) sic tamen ut preparata, suas deinde in agendo habeat partes (tquam causa scilicet physica in suo ordine causa secunda & principali) quemadmodum docet Beatus Augustinus. Et id statim reprehendit; & idem Calvinus, apud eundem Ruardum pag. 277. Paulus totum Deo vindicat; isti nihil esse præter adminiculum acceptum ferunt, & apud eundem pag. 282. Hac sit summa, perperam eos facere, qui sic inter Deum & nos partiantur etz. Quod autem hoc dogma reprobatum sit in Ecclesia, ex eo colligi potest quod autores, qui contra hos hæreticos scripserunt illos reprobant ut repugnantes cunctis intelligentiæ tridentinæ canalijs.

Calvinus

Calvinus

Eade

E A D E M. CONCIV.

sio probatur, quod graves errores
ex opposita sententia sequi
videantur.

Sectio Trigesima prima

1
Primum inconueniens radix q³ multorum alior³,
quod sequitur ex opposita sententia, est, non stare per volunta-
tem creatam, ut operetur, vel non operetur, id quod in suis actib³
positiuis satis videtur manifestum: nam ut illa Deus pre-
moueat, non spectat determinationem illius, ex aduersarij
sententia, sed huius premotionis causa est sola diuina volun-
tas; ea autem premotione posita non potest voluntas creata
non operari. Ergo non tribuendum est eius determinationi q³
operetur. Et enim quod ipsa voluntas creata efficienter
concurrat, facit quidem ut actus sit spontaneus; id autem
non videtur sufficere, ut dicatur per eam stare ut operetur
vel non operetur, si non operatur ex propria determinatione;
unde non videtur illi posse imputari quod transgrediatur
2
praecepta negatiua positiuis transgressionibus; clarius autē
id apparet in omissione actus debiti, & transgressionem pre-
cepti affirmatiui. Et enim imputari non potest volunta-
ti, quod non premota a Deo non operetur (si ut aduersarij
contendunt premotio illa est necessario praequisita) nō
enim imputari potest illi si non faciat quod impossibile
est illam facere; vltcrius neq³ imputari potest volunta-
ti, quod illa non premoueat^{ur} a Deo ad executionem
ta

Ex opposita sententia sequi-
tur non stare per homines
quod operentur

Sequitur etiam non sta-
re per voluntate ut ope-
retur.

tali precepti, cum hæc pendeat ex sola voluntate di-
 uina, & sit effectus solius Dei, ut asserunt aduersarij,
 Ergo non potest imputari illi si non operetur, præsertim cū
 intali ommissione adhuc non sit actiuitas aliqua volunta-
 tis sed mera carentia actus ex defectu alicuius necessarij præ-
 requisiti quod per voluntatem propriam habere non potuit,
 cum penderet ab extrinseca causa, & per voluntatem extrin-
 secam & alienam sibi denegatum sit. Hoc autem inconueni-
 ens in nostra sententia, nullo modo procederet notius est, quā
 ut probatione indigeat.

2^m inconueniens -
 nō esse aliqua præcep-
 ta vel esse impossi-
 bilia

Secundum inconueniens est, quod ex primo sequi-
 tur, vel nulla esse præcepta Dei imposita voluntati creatæ,
 quod esset subvertere totum ordinem naturæ & gratiæ vel
 certè præcipit Deus impossibilia, dum voluntati non præmo-
 uet & præcipit ut operetur. Peto enim quid præcipit Deus vo-
 luntati creatæ, an ut præmoueatur à Deo ad operandū
 sed enim non potest esse materia præcepti, cum sit actus
 solius voluntatis diuinæ, & non voluntatis creatæ (ut ad-
 uersarij dicunt) an ut non præmota operetur? at id est im-
 possibile ex aduersariorum sententia omnino. Ergo dum
 Deus non præmouet voluntatem, non præcipit aliquid
 possibile. Dices, secundum se possibile est ut voluntas ha-
 beat talem actum. Sed contra quia hic & nunc dum non
 præmouetur à Deo non est illi possibile. ergo vel non est tale
 præceptum, vel saltem hic & nunc non obligat voluntatem, vel
 quidem si obligat hic & nunc obligat ad impossibile, quod
 indignum est credere de Diuina bonitate.

3

4

Evasio -
 occiditur.

Explicatio Concilij
 Tridentini de possibili-
 tate præceptorum.

Confirmatur ex Concilio Tridentino can. 18.
 quod anathema dicit in eum, qui dixerit præcepta

5

homi

homini esse ad observandum impossibilia & cap. 11.
 ait. Nemo autem debet temeraria illa & a Patribus sub a-
 nathe mate prohibita voce uti, Dei praecepta homini ad observa-
 dum esse impossibilia, nam Deus impossibilia non iubet, sed
 iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis
 & adiuvat ut possis, cuius mandata graviora non sunt etq;
 quae verba desumpta sunt ex Augustino de natura & gra-
 tia cap. 43. ubi sic habet. Non igitur Deus impossibilia iubet
 sed iubendo admonet, & facere quod possis, & petere quod non possis.
 Vbi imprimis nota ex contextu Augustini, & magis ex contextu Co-
 cily loqui procul dubio, non solum de impossibilitate secun-
 dum se, sed de impossibilitate hinc & nunc; neq; enim hinc & nunc
 obligat Deus ad impossibile, sed ut cessat praeceptum, vel admitti-
 tur excusatio. Unde Concilium dicit cum Augustino. Deum
 iubendo monere & facere quod possis, & quia forte hinc & nunc non
 potest aliquid facere sine auxilio Dei, monet & petere quod non
 possis: At quia si petens non impetraret quod non potest, non vi-
 deretur iuste obligari divino praecepto, addit Concilium supra ver-
 ba Augustini, & adiuvat ut possis, quasi si non adiunxerat, non
 iuste obligaret suo praecepto. ergo etiam non iuste obligaret
 si non prae-moveret, posito quod illa prae-motio sit necessario pra-
 requisita; praesertim quod praeter auxilium sufficiens, quod
 iam supponit Concilium dari à Deo dum admonet sci licet
 per vocationem, non agnoscant pleriq; adversarij aliud au-
 xilium adiuvans praeter illam prae-motionem. Si ergo se-
 cundum Concilium ad iustificanda divina praecepta necesse
 est, ut post admonitionem adiuvet, etiam necesse est ut pra-
 moveat, imo multo magis iustificatio divinatorum praec-
 eptu

Augustinus de na-
 tura & gratia c. 43

851
Sectio 31.^a

~~talibus præcepti cum hæc pendeat ex sola voluntate diuina, & sit effectus solius Dei, & abierunt aduersarij ergo non potest exigere diuinam præmotionem, si necessario prærequiratur ad opus, cum requiratur ex parte principij, quod multo minus pendet à voluntate creata. Cum igitur Deus non præmouet non potest iuste obligare suo præcepto, & homini maneret iusta causa querelæ: quomodo enim non erit iusta excusatio, si homo dixerit, Domine nec potui facere ut me præmoueres, nec potui non præmotus operari quod iubes, cur ergo me gravas præcepto, cui obsequi non possum, & cur vis tollere quod non posuisti? & ex his quod non seminasti?~~

Confirmatur quia præcepta imponuntur ad determinandam potentiam de se indifferentem determinatione quadam suam & accommodata eiusdem libertati; Unde ex natura sua supponit hominem potentem, non tamen determinatum omnino ad executionem præcepti: Ergo si homo ante illam præmotionem diuinam, non potest exequi præceptum, & post illam est omnino determinatus: nullo ergo modo requiritur præceptum. Assumptum satis colligitur, tum ex natura præcepti, & legis quæ datur ut hominem ligent, unde & dicitur à ligando ut D. Thomas 1.^a 2.^a quæst. 90. art. 1. quasi non sint ex natura sua sufficienter ligati: tum ex illo Ecclesiast. 15. Reliquit illum in manu consilij sui, & ut illum contineret in officio, & eius libertatem inclinaret adiecit mandata & præcepta. si volueris etc. tum etiam quia de necessarijs non dantur præcepta, ut in beatis patet.

3. in conueniens, frustaneas & prædica
57

Ex his sequuntur etiam alia grauissima inconveniencia, scilicet frustaneas esse prædicationes omnes, siue exhortationes

Sectio 31^a

tiones, siue correptiones. Et admittendum esse errorem di-
centium, non esse corripendum, qui non bene agit, sed orandum
esse Deum pro eo, ut bene agere possit; contra quem errorem Augus-
tinus de dono perseuerantiae cap. 14. ^{14. et 15.} Et in libro de correptione &
gratia, in quibus inde sumit semper rationem & necessitatem
correptionis, quod positis preceptis per voluntatem hominis stat
operari vel non operari. Quae ratio certe cessat, si ponitur neces-
sitas huius efficacis praemotivis: Etenim si ea necessaria sit,
non per eam stat operari, vel non operari, sed per Deum pra-
mouentem vel non praemouentem.

Aug.

8 Eadem etiam ratione cessat iudicij diuini necessitas vel
certe praemiorum & penarum iusta retributio, ut illi Mo-
nachi sentiebant, quos refert Augustinus Epistola. 146. con-
tra quos ibi & libro de gratia & libero arbitrio. Etenim li-
cet Deus ut absolutus dominus quos voluerit, beatificare, quos
verò voluerit, etiam sine ⁱⁿ iustitia aliqua, aeternis possit cruciati-
bus addicere, certe neq; id de diuina clementia auspicari li-
cet, & tamen si id de sua potentia facere ratione praemij,
vel pene non haberent. Quae omnia quam absurda sint per
se constat, quam verò praedicta sententiae proxima, aliorum
est iudicium.

4. in conuersione
q. cessaret necessi-
tas iudicij & re-
tributio praemij &
penae.

9 Illud maxime obseruandum est, non solum haereti-
cis, sed etiam insipientibus, & in malum semper propensis
hominibus, quos haeretici pretextu (ut impie loquuntur)
sedanda conscientia, & libertati consequenda decipiunt
illos errores a Deo plausibiles esse, ut certe maxime dece-
at illis omnem aditum intercludere, neq; rimulam ali-
quam permittere, qua se possint eorum mentibus insinu-

opposita sunt his
periculis, periculis

are. At populus qui necessitatem illius efficacis præmotio-
nis fuisse edoctus, quam dispositus, quam facilis esset & promp-
tus, ut erroribus illis ab hæreticis decipiatur, nemo est qui non
videat.

QVOD NOSTRA

sententia hæreticis nostri tem-
poris vehementer duplicat, q̄
& oppositam disertis ver-
bis ipsi, doceant.

Sectio Trigesima 2^a

Didacus Payna, vir egregie doctus & pius, quem
supra citauimus, patrocinium nostrorum Jesuitarum con-
tra Calvinistas pro libertate iuxta sententiam iam expositam
pugnantium pie suscipiens, eorundem Calvinistarum petu-
lantiam reprimit ac reprehendit, quod Jesuitas ea ex causa Pe-
lasianos conulament, quæ vox in ore etiam nostrorum aduersa-
riorum frequens est. Sed quod eiusmodi verba ex pio religionis
Zelo procedere credimus, libenter parcimus, & solum illorum
verba, hæreticorum verbis conferenda duximus, quod appareat
(id quod ad rem iam pertinere videatur) secundum scientiam
non esse, neq; illis quempiam minus doctum aliquo modo tur-
bari debere.

Porro quod ad rem attinet in primis aduersariorum
sententiam esse re ipsa eandem cum sententia Vuitcloff,
imo & modum loquendi aduersariorum eundem esse cum mo-
do loquendi Vuitclemistarum, constat & huiusque refert Vual-

Caluin^{re} Jesuitas
Pelagianos appellat

densis 1^o lib. doctrinae fidei artic. 1. cap. 23. ubi pri-
 mo errorem Vuitcliff refert ex verbis eiusdem 2^o trialo
 gi cap. 13. quae sic habent. Deus necessitat creaturas singulas
activas ad quem libet actum suum. Sibi imprimis nota non ne-
 gare virtutem activam, & actum proprium ipsi creature,
 sed solum ponit necessitatem in eo quod Deus praedeterminat
 ipsam actionem creature, & loquitur de creatura ^{rationali} ~~libero~~, un-
 de subdit. Et sic sunt aliqui praedestinati etc. & infra. Si
queratur, quid complete causat Dei ordinationem aeternam,
dicatur quod Dei volitio etc. cum necessarium sit ad com-
 pletionem respectus huiusmodi effectum talem abso-
 lutum succedere. Et infra ex cap. 9. lib. 3^o eiusdem Tri-
 logi, huius offert duas rationes. Prima, & quam frequenter
 solent usurpare nostri aduersarij, est. Nunquid creatura
(inquit) potest impedire Dei determinationem, & ut so-
 phistae concedunt veritatem aeternam precedentem ex Dei
 proposito facere quod non erit, ac si ab illis penderet diuini
 propositum, & veritas aeterna? Secunda ratio est. Item
 misera creatura habet potestatem opus suum futurum
 proponere, & subdolis impedimentis, consideratione vo-
 luntatis & temporis foret determinate verum, quod illud
 eveniet: Ergo multo magis Deus potest ad eventum futuri
 se determinare. Cum ergo in ignorantia Dei, in variatio-
 ne sua volitionis, vel rei impediens, non potest obstaculum
 evenire: relinquitur quod propositum Dei oportet necessa-
 rio adimpleri & sic omne futurum eveniet necessario.
 Sed utraque ratio falsum supponit, quibus proinde recte
 respondet Vualdens. ibidem vers. Absit tamen. dicens,

Vuitcliff. apud
 Vuald. sententia

Absit

Absit tamen ut fallacem dicamus esse Dei determina-
tionem, sicut nec fallibilem prophetiam, sed hoc solum se-
quitur ex praemissis, quod diuina praescientia nullum arc-
tat, neque eius prouidentia quenuquam obligat ad sequelam.

At ne aduersarij nostri suffugiant adserentes Vuitcleff. po-
suisse istam determinationem necessitante, ea necessitate
quae tolleret libertatem, audiant eundem Vualdensem ad

Vualdensis

finem eiusdem cap. vers. 9. quis ergo. Respondent (inquit) Vuit

3

Vuitcleff. a se
solum necessitate
coactionis tollit
libertatem
arbitrij, non tamen
libertatis necessitas
proueniens
subiunctione eff.

Vuitcleff. trutinante glosam euasoriam, quod Deus non neces-
sitate coactionis ad bonum vel malum futurum, quia
illa sola tollit arbitrij libertatem; non autem alia necessitas
preueniens absolute futuritatem effectus. Sed redarguunt

Pauli ad Philem.

Pauli dicentis ad Philemonem, ne velut ex necessitate bo-
num tuum esset, sed voluntarium. Vbi patet quod simul no-
potuit bonum Philemonis ex necessitate fore absoluta, &
libera voluntate. Ecce Vuitcleff. adserunt necessita-

tem praedestinationi diuinae non tollere libertatem, eo quod
non sit coactio, & nihilominus huic necessitati, ut Vuitcle-
ff. resistunt Catholici, ^{Demde} nostram sententiam haereticos modernos 4

Haeretici moderni
suas suas proferenda
aduersam q. amplectitur

reprehendere, amplectiturque eam quam hodie aduersarij nostri
defendunt, duplici Caluini testimonio ostendam. Primum
est quod supra ex parte retulimus ex Caluini. 2. institut. cap.
3. quem refert Ruardus ar. 7. pag. 274.

Calui. apud Ruar.

Erunt forte qui concedent voluntatem a bono suap-
te ingenio auersam, sola Domini virtute conuerti, tamen
ut preparata suas deinde in agendo partes habeat quemad-
modum docet S. Augustinus omne bonum gratiam pra-
cedere, & committante, non ducente pedisequa, non praemia vo-

lunt

Leuitate; sed quia reformata opus est Domini, hoc perperam homini tribuitur, quod gratia praeuenienti pedis sequa voluntate obsequatur.

¶ Ecce Caluinus imprimis fatetur eam esse Augustini sententiam, ut ponat gratiam à Domino preparari, eamque precedere omne bonum nostrum, id est, omne bonum vnum liberi arbitrij, neque ipsam voluntatem precedere, aut ducere ipsam gratiam, sed post gratiam sequi, & illam comitari; sequi scilicet gratiam excitantem; & comitari eandem gratiam physicam cooperantem; ita scilicet, ut preparata voluntas à gratia excitante suas deinde habeat partes, ita ut pedis sequa voluntate obsequatur, hoc est voluntate, ^{de se indifferenti.} id est, non vi aliqua, sine resistendi facultate attrahita, sed quasi proprijs pedibus sequens, ita ut integrum illi sit etiam non sequi, si id maluerit. Deinde eam sententiam, quam Caluinus recte putat esse Augustinam in eo, spiritu quidem haeretico reprehendit, quod ponat voluntatem sequi quasi pedis sequam, id est, cum potestate resistendi: putat enim illam necessario sequi, hoc est sine facultate resistendi, alias non intelligit quomodo opus sit Domini; & infra expressius quidem, sed impudentius id explicat dicens apud Ruardum pag. 281. ibi. In eo allucinantur, quod nobis motum offerri somniant, qui mediam electionem nobis relinquat, nihil autem de efficacia illa cogitant qua cor hominis renouatur, ut ex prauo fiat reatum. Ecce non contendit nobiscum, quod putet nos negare praeuenientem gratiam: id enim catholicos concedere iam nobis cum supposuit supra, & nunc supponit; sed solum versat questionem de efficacia gratiae, & impudenter putat allucinari

nari Augustinum reliquosque eius discipulos, quod ita ponant gratiam praevenire voluntatem, ut tamen motione sua non efficaciter illam praedeterminet; sed tantum offerat ei suam actionem, & relinquat voluntati liberam electionem, ut recipiat, vel non recipiat oblatam motionem gratiae. Quid obrecreo clarius potuit dicere Calvinus ad explicandum controversiae punctum, in quo dissidet ab Augustino, utrum adversarij nostris consentiat, facile est indicare.

At est alius iniquus locus Calvini quem praecor judices attendant eum refert idem Ruardus pag. 274 & Bellarminus li. i. de lib. ar. c. ii. ex li. 2. instit. salu. c. 3. §. 10.

Itaque Calvinus sic scripsit. Voluntatem movet gratia non qualiter multis saeculis traditum est, & creditum, ut nostra sit postea electionis, motioni aut obtemperare aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo. Illud ergo à Christo toties repetitum repudiari necesse est, quem trahit voluntatem trahit. Circa hunc locum observetur primo, Calvinum fateri eam quam reprobat sententiam traditione & fide multorum saeculorum probari posse. Secundo etiam quod inde sequitur, constat Calvinum loqui de gratia, quae est in ipso met instanti conversionis, de ea quae praecedit tempore, nulla est, vel fuit nunquam in Ecclesia controversia. Unde etiam Tertio sequitur, quod in illo verbo postea non intelligit posterioritatem temporis, sed tantum posterioritatem naturae. 4^o etiam observetur non intendere

His ergo observatis, quod primo in hac sententia proponit Calvinus, ut commune principium, & sibi & ijs qui multis ante saeculis praecesserunt, contra quos disputat, est, voluntatem moveri à gratia. Voluntatem (inquit) mo
vet

alig insignis locus Calvini apud Ruar

1. de ven. c. loca salu. e ipsa reprobata sunt multorum saeculorum

2. q. 1. de gra. q. est in ipso instanti conversionis

3. in verbo post intelligi posterioritatis nat.

Calvinus disputat contra eos qui supponunt gratiam praevien.

6

7

uet gratia, ut iam satis appareat Calvinum non dis-
putare cum viris vel etiam Semipelagianis (licet impu-
denter catholicos praesertim Jesuitas Pelagianos mentiatur)
sed cum his qui iam constituunt contra Semipelagianos
voluntatem moveri, atq; adeo praeveniri a gratia.

*et ad nullam
idem in e
mal dicit
magis non
magis non
ad semipelagianos*

Deinde controverſiam inſtituit ſolum circa mo-
dum huius motionis, in quo primo rejicit adverſariorū
ſententiam, quae certe ad verbum ea eſt, quam nos modo
eo libentius Caerium defendimus, quo Calvino magis diſ-
plicet, eiusq; cognatus radicatus evertit. inquit itaq; Non
qualiter multis ſaeculis traditum eſt & creditum, ut noſtra
ſit poſtea electionis obtemperare, aut refragari. Ecce id quod
ſolum circa hanc controverſiam Calvinum offendat in
catholicorum ſententia, ut (ſcilicet) noſtra poſtea ſit electio
nis eidem obtemperare aut refragari. Id nos dicimus, ſi di-
dicant, optamus adverſarij noſtri, ut illis ac nobis traditio-
nem multorum ſaeculorum (ut Calvinus facitur) ſimul
ſequentibus idemq; ſapientibus, una eademq; ſit cauſa cum
Calvino.

contraſia Cal-
vini eſt ſolum cir-
ca modum motionis
grae.

ecce Calvinus
pugnat nos
ſent.

At dicit Calvinum ſolum reprobare eos, qui dicunt
voluntatem poſſe refragari in ſenſu diuiſo; ſed certe haec res
poſitio friuola eſt, & interpretatio a Calvini mente om-
nino aliena. Hoc enim in primis neq; Calvinus ipſe ne-
gat; cum ſaepe voluntatem aliter prae moveri a Deo (in
quo ſolum adverſarij potentiam diſſentiendi in ſenſu di-
uiſo conſtituunt) Calvinus & eius aſpectu libenter conce-
dant, ut pote qui Deum agens liberum eſſe praedicent, in
eiusq; ſolum beneplacitum differentiam praedestinato-

Calvinus loq. m
ſenſu comp.

† Unde Bellar. li. 4. de
lib. arb. c. 14. vers.
De mihi id ut certu
supponit dicit nam
Secretici non negant
Deum libere agere,
cum determinat vo
luntates nram

rum & reproborum esse reducendam doceant. Deinde ver
ba ipsa, sub quibus nostram sententiam proponit, & impug
nat Calvinus, apertissime sensum compositum præferunt;
nam obtemperare supponit vocationem vel excitationem gra
tia mouentis cui obtemperet: nullo enim præcipiente vel con
sultente, non dicitur quis obtemperare, similiter neque refra
gari dicitur quis, nisi inuitanti alicui, vel præmouenti. Et
quod est manifestissimum in illo verbo (postea) apertissime
sensum compositum expræbit; quod enim postea sequitur, res
pectum dicit ad id, quod antea præcessit: posse ergo postea obtem
perare, aut refragari supponit antea gratiam mouere, exci
tando (scilicet) & non quidem antea tempore, ut iam ad uer
timus, sed solum natura: facit, ergo sensum compositum, ut
scilicet, possit refragari, supposito etiam, quod in eodem instã
ti prius natura fuerit gratia excitatus. Reprobatur er
go Calvinus sententiam, quæ docet ita voluntatem
moueri à gratia, ut præsupposita eius motione, adhuc
postea sit nostra electionis, aut obtemperare, aut refra
gari; id quod nos ut dogma catholicum asserimus, quod
quidem si dent nobis aduersarij Catholici, quibus cum
disputamus, cessat certè omnis controuersia.

At quæ est sententia Caluini? suam sententiam
unico verbo expræbit. ibi. sed illam efficaciter efficiendo
illam (scilicet) electionem vel voluntatem actualem. Cer
tè unico verbo perstringit Calvinus, quæ pluribus docuit
Banes

col. 739. Li

tera. E. quæ iam alibi ex parte retulimus. Ipsa met
(inquit) concurrentia liberi arbitrij, effectus est necessa
rio consequens, necessitate consequentia ex diuino auxi

lio efficaci; & infra. Quia ipse met Deus sua misera-
tione efficaciter hominis voluntatem conuertit ad se.
& passim saepe explicat, quod prima causa efficax & effica-
cissima sit, in praemouendū causis secundis, comprehen-
dendo etiam causas Liberas, & contingentes; ita ut causa
secunda non possit resistere; quae quia passim reperientur
in eius 1^a parte. quast. 14^a. art. 13. quast. 19. 22
& 23., & quia ipse ea negare non poterit, cum publice
ea superioribus annis quam saepissime docuerit, quam ista
occasione quae sita, non opus videtur nunc ad verbum pro-
lixè recitare.

11 Respondet forte Magister Bañes, eam esse differen-
tiam inter errorem Caluini, & sui ipsius doctrinam, ut
scilicet ipse Bañes doceat Deum ita efficaciter mouere vo-
luntatem, ut tamen suauiter seruet illi proprium mo-
dum operandi liberè: imo hanc dicit esse summam efficien-
tiam voluntatis & operationis diuinae, ut scilicet efficaciter
moueat voluntatem, non solum ad substantiam actus, sed
etiam ad modum actus, ut scilicet efficaciter faciat, & quod
voluntas velit, & quod liberè velit. At Caluinus (ut forte
dicit Bañes) ita efficaciter mouet voluntatem & facit ut
operetur, quod tamen destruat modum proprium eius scilicet
contingentiam & Libertatem.

12 Sed si Magister Bañes non contendat solum de usu
huius vocis libertas (nec enim dicere audebit se solum à Cal-
uino circa hanc materiam in usu huius vocis libertas vel
liberum arbitrium, non in re ipsa dissentire) quaerendus est
quid sit ille modus, aut quid sit in re, id quod nomine liber-
tatis significare intendit, & in quo putat se à Caluino

diuina potentia ab
aduers. inter sua
& Secret. sig. q. illi
ponat deus efficaciter
mouere et ad modum
ipsius agendi liberè
si sic Bañes

praedicta differ ex
cluditur

differre

differre. Si modus ille vel res per libertatem significa-
 ta, in eo consistit, ut voluntas efficienter concurrat vel
 etiam ut moueatur ex presupposito iudicio perfecto ratio-
 nis & ex cognitione mediorum indifferenti obiectiue ut ex
 ipso Magistro Banes explicuimus Sectione. 23. numero. 4.
 Oseq. Certè in hoc nihil differt à Caluino, nam ut
 ibidem late demonstrauimus Caluinus etiam, imò &
 forte Lutherus fatentur voluntatem actiue & efficienter
 concurrere ad suum actum, moueriq; cum pleno rationis
 iudicio. Unde etiam constat, non posse sumi differen-
 tiam ex eo quod operatio voluntatis sit vel non sit spontanea;
 nam etiam hæretici ut notissimum est ponunt in volun-
 tate spontaneum. Si autem modus ille consistit (ut re-
 uera omnes intelligunt) in indifferentia voluntatis ut
 possit operari vel non operari; certè si (ut uocibus scholas-
 ticorum utamur) indifferentia hæc intelligatur in sensu
 composito, sicut eam negat Caluinus, ita & Magister Ba-
 nes, ut est notissimum, si autem sumatur in sensu diui-
 so, certè eam indifferentiam, quam ponit Banes ponit &
 Caluinus: uterq; enim eam solum ponit indifferentiam,
 ut voluntas quantum est ex se non sit determinata ad
 unum, sed indifferens, ut possit præmoueri à Deo, vel uo
 præmoueri, præmoueri ad hoc vel illud iuxta diuini
 beneplacitum. Nulla ergo in his est differentia inter se-
 tentiam M^{ri} Banes, & Caluini. Quid autem alia dif-
 ferentia sit in re, profecto neq; apparet, neq; aduersarij ex-
 plicant.

Sed solent aduersarij dicere hunc modum ⁱⁿ explica-
 bilem esse. quapropter inquit Mag^s Banes 1^a q. ques-
 tione

tione 23 articulo 3. dubio 3. ante solutionem argu-
 mentorum colum. 735. litera. D. necesse est ut cre-
damus occulta, qua comprehendere non possumus; sed &
utrunq; seorsum demonstrari videtur, nam quod nos libe-
rè operemur, experientia constat; quod autem ipse Deus
sit causa efficacissima totius boni creati demonstratur ex
eo, quod est primum & summum bonum; quomodo autem
hæc duo interse conveniant, quod ego deliberem, & Deus
me efficaciter deliberare faciat, quod ipse ab æterno delibe-
ravit, qui non potuerit intelligere, credat, sicut credit De-
um esse trinum & unum, & velit propter sui ingenij capa-
citatem auferre a divina iurisdictione maximum bo-
num quod in creaturis inuenitur, quale est opus bonum li-
beri arbitrij. Pia quidem & sancta religio, captivare in-
tellektum in obsequium fidei; deuratamen nimis & dissi-
milima similitudo qua sententia Mag^{ri} Bañes, quam om-
nibus ferè Ecclesie Patribus, ac Doctoribus, imo & sancto Con-
cilio Tridentino adversam, & Calviniano errori cognatam
existimamus, sacro Sancto ac inefabili mysterio Sanctis-
sime Trinitati comparare. Etenim si nos liberè operari
constat experientia ut ipse Magister Bañes fatetur, cur
inintelligibilem & inexplicabilem libertatem commenta-
tus est; qua item demonstratione ipse ostendit Deum ita
esse efficacissimam causam totius boni creati, ut efficaci-
ter promoveat voluntatem creatam ad actus liberos; cum
potius Deum primum & summum bonum deceat sua liber-
tatis & indifferentie participationem, alicui creatura com-
municare, qua se possit determinare ad utrum libet

Bañes

ipso summo bono cooperante. Quae tamen ratione putat
 Magister Bañes nostram sententiam auferre à iurisdic-
 tione divina, opus bonum liberi arbitrij; cum nostra sen-
 tentia, imò sententia Augustini & Patrum per Conci-
 lum Tridentinum confirmata rectè explicet, quomodo cor
regis sit in manu Domini, & ut quis voluerit vertat illud &
ut libere vertat, & ut illius affectus pro sua summa iurisdic-
 tione dijudicet. Quae omnia constat nos multo apertius explica-
 re quam ipse Bañes explicet rationem, quare actus effici-
 ter praedeterminati à Deo in iudicium trahendi sint. Cer-
 te in re satis intelligibili, & Patrum doctrinis clarissime il-
 lustrata, illud quævere subterfugiam; non longè abest ab
 hæreticorum consuetudine, qui cum fateantur se opponere
 non solum Augustino & Chrysostomo, sed & traditioni mul-
 torum seculorum (ut constat ex eorum sententijs in hac
 sectione citatis) imò & cum fateantur se opponere Philosophiæ
 & humanae rationi (ait enim Melancthon apud Ruandiu
 pag. 258. In hoc quidem loco cum prorsus Christiana
 doctrina à Philosophia & humana ratione dissentiat, tamè
 sensim irrepsit Philosophia in Christianismum) ad huc
 audent dicere falso religionis prætextu ut Melancthon
 ibidem loquitur. Esto videatur tibi in rebus esse contin-
 gentiam, iudicio rationis huc imperandum est voluntati
 nostræ libertatem per prædestinationis necessitatem adi-
 mit 55^a

Bellar.

Ut hæc igitur concludamus placuit proponere
 quid in hac re senserit Robertus Bellarminus, cuius di-
 ligentia in scrutandis hæreticorum sententijs, dexteritas

14

qz in his impugnandis à doctissimis quibusq; commen-
 datur. Is igitur fortè ignorans, cum hæc scripsit, qui esset
 huius sententia autores, nondum etiam hæc controversia
 in Hispania tam acriter exagitata. Sic scripsit libro 1.^o de
 gratia & libero arbitrio. cap. 12. Est igitur alia senten-
tia in alio extremo aliorum, qui docent gratiam efficacem
esse actionem Dei physicam, qua determinat voluntatem
ad volendum & eligendum bonum, quod illi fuerat per gra-
tiam excitantem inspiratum; & quia non potest fieri, ut
Deus physicè determinet voluntatem, quin ipsa voluntas
determinetur & velit id ad quod determinatur. ideo fieri
non potest, ut gratia ista non habeat effectum infallibilem.
 Quid autem de ista sententia ipse Bellarminus sentiat
 docet sequentibus verbis, dicens. Hæc opinio videtur mi-
hi aut esse omnino eadem cum errore Caluini, & Lu-
theranorum, aut parum ab illo distare.

PRAEDICTA.

sententia nihil derogari di-
 gnitati primæ causæ
 ostenditur

Sectio Trigesima 3.^a

Jam ut fundamenta aduersæ sententiæ pro-
 posita sectione^{3.} ostendamus nullius esse momenti i-
 propter primū fundamentum, explicandum est in quo
 ratio

ratio prima causa consistat, & quis sit eius proprius ad operandum modus.

Aduersarij neant con-
cursum indifferentem
causa prima

Item aduersarij nullum prorsus intelligunt modum operandi causa prima, nisi operetur praeuolens causam secundam, ei aliquid imprimens quod faciat eandem causam secundam operari, eam applicando, siue robur aut complementum aliquod illi tribuendo. Unde & necessarium putant, ut voluntas operetur, Deum aliquid praeuolens imprimere voluntati, quo applicetur, aut robur ^{quoddam} illud virtutis complementum accipiat; illud autem vocant auxilium efficacem.

Probant 1^o

1^o Id probant aduersarij primo ex eo quod causa prima eo prima sit & dicatur, quod prius operetur, quam secunda; 2^o secundo quod certum sit causas secundas vniuersales aliquid praeuolens imprimere causa particulari, ut operetur: multo ergo certius id tribuendum est causa prima. Tertio quod alii non omnia, quae fiunt, essent effectus causa prima, contra id quod scriptura clamat. Sine ipso factum est nihil. Et enim hoc complexum, quod est voluntatem ceu quamlibet aliam causam secundam operari, non esset effectus causa prima: non enim potest esse effectus illius, si non procedat illud complexum, atque adeo & operationem cause secundae in illo contentam, aliqua alio ipsius causa prima. Quarto tandem, quia nulla posset intelligi subordinatio inter causam primam & secundam, neque generaliter inter causas superiores, & inferiores, nisi generaliter causa superior inferiorem moueat, & causa prima causam secundam; aliam occluditur via Aristotelis ratiocinatio, qua deducit 8^o

physi

physico. ex subordinatione causarum, unicam esse primam causam, & demonstrationi qua D. Thomas probat Deum esse 1. p. q. 2. Quinto quia alias concursus causa prima modificatur per causam secundam, quod esset perfectiorem ponere causam secundam quam primam. Sexto, quod voluntatis libertas in exercicio non reduceretur in primam causam ut in primum liberum.

Hinc dicunt adversarij concursum causa prima in se non esse indifferentem, atq; adeo neq; uniuersalem sed determinatum, imo principium omnis determinationis cause secundae. Dicunt tamen forsitan eum concursum uniuersalem appellari ex parte causa, quod sit concursus causa prima qua uniuersaliter in omnibus operatur, quamuis alio & alio concurrat.

At haec sententia quantum placet Luthero testantur eius verba, qua refert S. Mr. Roffensis artic. 36. folio 317. Sic enim Lutherus ait. Pereat hic illa generalis influentia, quae arriunt esse in potestate nostra naturales operationes operari; secus rem habere monstrat experientia omnium. Et Melancthon relatus a Ruuardo sic ait. Nos vero docemus non solum permittere Deum creaturis, ut operentur (scilicet per auxilium generale & esse indifferens) sed ipsum omnia proprie agere (scilicet per auxilium determinatum) quae verba sic intellexit Ruuardus ibidem. Sic enim ait. Improbat (scilicet Melancthon) distinctionem Scholae de generali influentia & speciali.

In quibus imprimis obseruandum est, & Lutherum & Ruuardum maiori fide dignum, plane fateri communem

Necant adversarij concursum indifferentem cause prima.

praedicta sententia conuincit haereticos.

Lussery apud Roffens.

Melancthon. apud Ruuar

Ruuard.

Senten. adversarij ori est d. communem.

num

anem catholicorum Scholam ponere illum uniuersal em de
 de se indifferentem concursum cause primæ, quod certe vi
 am aperiat tum ad intelligendam libertatem voluntatis,
 tum ad explicandum, ^{quo modo} causa prima, esto concurrat ad productio
 nem actus peccati, reuera non sit causa peccati; quod qui
 dem rectè explicat Doctor Molina disp. 31. 32. ad ar. 13. q. 14 sua
 explicandi rationem desumens ex huiusmodi indifferen
 tia uniuersali concursus causa primæ.

Obseruandum est præterea è contra omnino Lut. hem
 concursum illum vehementer odisse, quod illum excludens
 aperiat viam prædeterminationi causa primæ, quam aduer
 sarij comminiscuntur, ut inde hominis libertatem pe
 nitus subuertat.

Causa prima concurret
 ad omne effectum actua
 li influxu.

Supponendum in primis est, causam primam actu
 ali concursu & influxu operari ^{cum} causa secunda ad om
 nem eius effectum. Hæc est expressa & fundamentalis se
 tentia Doctoris Molina disputatione 2. 9. supra quæst.
 14. artic. 3. in concordia contra Duran. 2. d. 1. quæst.
 5. qui docet, Deum nullo alio influxu concurrere cum
 causis secundis, nisi conseruando ipsarum naturas, & vi res,
 quas eis contulit; quam sententiam Molina falsam & mi
 nus tutam censet. Hoc ergo fundamento constituto.

2^o. dicendum est concursum cause primæ esse in
 fluxum immediatum in ipsum met effectum causa
 secunda. Hæc assertio ex præcedenti sequitur manifestè,
 quia Deus operatur cum causa secunda non immediate
 influens in illam ergo immediate influens in effectum
 illius; & hoc etiam specialiter concludunt aliqua argu

9

10

11

12

menta prædictæ sectionis. Unde male audit quorundam
adversariorum philosophia, quam publici modo docuisse fe-
runtur in Salmanticensi Academia, scilicet concursum
causæ primæ sic recipi immediate in causâ secundâ, ut
nullo modo recipiatur immediate in effectu, sed male (inquam)
audit hæc sententia, tum propter dicta, tum quod hæc phi-
losophandi ratio coincidat cum sententia Durandi, quæ
docet non aliter Deum operari nisi per hoc quod tribuat vir-
tutes causis secundis, quibus operentur. Etenim hæc sen-
tentia solum ponit Deum aliquid imprimere causis se-
cundis, quod sit eis virtus operativa, & complementum
virtutis operativæ, ut ipsæ causæ secundæ cum tali virtu-
te recepta, quæ etiam non transgreditur limites causæ se-
cundæ operetur sine alio concursu Dei; id, quod magis vr-
get, si affirmant, ut consequenter affirmare tenentur &
ut defacto affirmasse feruntur, id quod Deus imprimat
causæ secundæ esse aliquam qualitatem. Etenim si
aliqua qualitas sit sive per modum permanentis, sive per
modum transeuntis, certè est virtus operativa creata, dū
erogatur sine alio concursu causæ primæ planè in-
cidimus in sententiam Durandi, quæ docet, Deum opera-
ri in omnibus per hoc, quod solum produxerit & conver-
teret causas secundas & virtutes earum. Porro aliorum
sententia, qui ut omnia componant volunt, Deum alio
concursu influere immediate in causam secundam, qui
prior est omni concursu causæ secundæ; alio vero imme-
diate influens in effectum, qui si multanense est cum co-
cursu causæ secundæ; præterquam quod est contra com-

Aliqui ponunt nullum
Dei concursum immedia-
te recipi in effectu

Hæc sententia incidit in
sententiam Durandi.

Null.

13

Aliqui ponunt duos con-
cursus universales al-
terum immediate in cau-
sam alterum immedia-
te in effectum

munem philosophorum sententiam, qui unicum tantum ponunt concursum universalem & quod superflue multiplicat entitates; non evadit difficultates quae supra propositae sunt contra illum concursum primum immediate receptum in causa secunda.

Concursus causa prima & 2^a est unica actio in re

Moli.

14
Tertio dicendum est, concursum illum, ut est à causa prima, & ut est à causa secunda, esse unicum tantum actionem in re, haec est etiam ex sententia Doctoris Molina in concordia disputa. 26. ad artic. 13. questio. 14. vers. simili. ibi. Imò verò neqz sunt duae actiones sed una numero actio, quae ut à Deo illo modo precise influente dicitur concursus generalis, ut verò à causa secunda, puta ab igne calefaciente, dicitur concursus ignis. Et disputa. 31. vers. argumenta haec. Latè eandem doctrinam docet, eos reprehendens qui existimant concursum Dei universalem distinctam numero actionem esse à concursu causa secunda, cum tamen (inquit) non sit nisi una; & disputa. 36. vers. cum autem, & ad idem facit quod ait disputa. 38. vers. possumus. Neqz sunt ibi duae actiones sed una numero tantum supernaturalis actio, tam re, quam ratione formali, & eisdem locis eam sententiam ipse Molina sufficienter probat; unde ab alijs probationibus nunc supersedeo cum adversarij id non negent.

Causa universalis efficit totum effectum

15
Hinc quarto dicendum est causam, universalem efficiere totum effectum ipsius causa secunda, ita ut nihil proventus in calore producto ab igne quod non sit productum à causa prima. quod patet, tum quia actio utriusqz causa est eadem, & ea actione producit totus effectus: ergo & causa prima per eandem actionem producit

totum

totum effectum; tum etiam quia in qualibet parte effectus
 imbibitur ratio entis, quam respicit tanquam terminum,
 vel obiectum ipsa prima causa; efficit ergo prima causa quic
 quid in effectu reperitur: id autem etiam expresse docet Mo
 lina ubi supra disputa 36. vers. Cum autem. ubi. Quo
fit ut quibus illorum trium altuum (scilicet fidei, spei
& charitatis) licet sit unica actio cui sit proprius termi
nus assignandus, tres nihilominus habet partes vnius in
tegra causa (scilicet causam primam, causam secundam
supernaturalem, hoc est auxilium gratiae, & liberum
arbitrium) à qua ita emanat totus (scilicet altus) ut sin
gulis etiam partibus partialitate, ut vocant causa, etiam
totus emanet; Et alibi sepe idem docens affirmat cau
 sam primam esse causam totalem totalitate effectus, non
totalitate cause. Et contra esse causam partialem par
 tialitate cause, non partialitate effectus; Partiale Patem
 autem vocat causam primam partialitate causa, quatenus
 non est sola, sed simul concurrit cum causa secunda,
 quamvis in genere cause prima, hoc est ut respiciens pri
 mam, & universalissimam rationem entis, vere est cau
 sa totalis, quia nulla alia causa cooperatur cum illa que
 terminatur ad effectum secundum illam primam ratio
 nem entis.

causa, i. pot. vocari
 causa totalis & par
 tialis & diversas
 considerari.

16 Jam ex his satis patet nihil derogari dignitati
 primae cause, quod immediate influat in effectum &
 non in causam, cum simul verum sit esse causam non so
 lum omnium effectuum sed & omnium partium & va
 riorum illorum.

Nihil subtrahitur cau
 salitati cause 1^a.

17 Sed quia obijcient aduersarij non saluari subor
 dina

dinationem causa secunda ad causam primam, neque tri-
 bui proprietatem aliquam prima causa. Addendum est ut
 terminis licet concursus causa prima idem sit cum concur-
 su causa secunda, realiter & formaliter, ut ex Molina retu-
 limus, distinguuntur nihilominus ratione unum ab alio. Et
 quidem ut est concursus causa prima respicit effectum cau-
 sa secunda secundum uniuersalissimam rationem entis,
 quae prima est in quolibet effectu creato, ita quod illa prima
 & uniuersalissima ratio sit respectu causa prima quasi ra-
 tio formalis attingendi talem effectum; e contra autem
 ut concursus est causa secunda, respicit effectum secundum
 determinatam & particularem eius rationem. Unde eodem

18

Hi duo concursus distin-
 guuntur, scilicet distin-
 guuntur in effectu ratio-
 ne entis & ratione sa-
 cramenti

modo secundum rationem distinguuntur hi duo concursus,
 quos in ipso effectu distinguuntur, ratio entis ut sic & ratio ta-
 lii entis determinati. Ex quo manifeste sequitur, con-
 cursum causa prima, quantum est esse, vel ut formaliter
 est prima causa, neque esse naturalem, neque supernaturalem
 quia quamlibet harum rationum habet ex coniunctione
 ad causam secundam supernaturalem vel naturalem.

19

Concursus causa 1^a ut
 sic est indifferens & ab-
 strahens a naturali & super-
 naturali.

V. infra Sect. 36. n. 4

sed ut sic abstrahit & est indifferens, neque praecise ut est co-
 cursus causa prima, ut prima est & diuersa rationis in
 naturalibus & supernaturalibus, sed hanc diuersitatem
 habet a causis secundis a quibus determinatur ad parti-
 culares rationes naturalis, vel supernaturalis; id quod tan-
 tum voluit Molina supra disputa. 37. vers. Quod si quis
 ubi constat ex contextu loqui cum his formalitatibus, & praec-
 isionibus. Unde falso illi imponunt aliqui, quod dixit
 ut concursum illum uniuersalem, quo Deus concurrat
 ad actus supernaturales esse naturalem, cum tantum

dixit

dixerit esse indifferentem de se & ut sic abstrahentem à naturali & supernaturali; & multo maiori iniuria illi imponunt quod dixerit, auxilium, quo concurrit Deus ad opera supernaturalia, esse eiusdem rationis cum eo, quo ad naturalia opera concurrit; cum certum sit totius Libri doctrinam versari in explicatione auxiliorum supernaturalium, quae à naturalibus distinguuntur, ut auctor de illis proponit in principio disputatio. 26. ibi. Sunt enim haec duo concursus Dei genera longe inter se diversa.

20 **I**tem fit primo, ut inter causam primam & secundam, sit & coniunctio & subordinatio essentialis sicut & termini formales eorum in eodem effectu habent coniunctionem & subordinationem & subordinationem essentialem; & in hoc differt coniunctio causa prima & secunda à coniunctione duorum portantium lapidem, quod illa coniunctio est per se essentialis, & subordinata, ratione coniunctionis & subordinationis essentialis diversorum terminorum formalium, qui essentialiter & per se coniunguntur ad eundem effectum constituendum; at portantes lapidem accidentaliter coniunguntur, non ex indigentia diversarum rationum, quas respiciunt eorum actiones, sed ex accidentali argumento gravitatis; exemplum tamen portantium lapidem accommodatur ad explicandam simultatem causa prima, ad producendum eundem effectum; & ad id Molina aliquando utitur praedicto exemplo.

Subordinatio essentialis
inter causam secundam
& primam, unde coniunctio.

21

Fit secundo causam primam habere rationem causa prima esse generis concursuum priorem natura,

Causa 1. quare dicitur
prior quam 2a.

concur

concurso causa secunda (ut expresse docet Molina supra
 disputatio. 29 vers^o. dicendum. ibi. Deus ergo compara
 tione cuiusq; effectus causa secunda dicitur causa prima
 etc.) non est tamen prior in executione ut constat ex dictis
 neq; prior subiecto, quasi recipiatur tamquam in subiecto
 in ipsa causa secunda, quia est prior ipso effectu, in quo est con
 cursus ipsius causa secunda, ut iam probatum est; neque
 etiam est prior, ut aliqui volunt prioritate aliqua, in quo,
 (sic enim aiunt) ut scilicet, in aliquo signo rationis intel
 ligatur esse concursus causa prima, sine concursu causa
 secunda; tum quia hac prioritas esset contra rationem actus
 vitalis, qui intelligi non potest produci sine causa secun
 da vitali, etiam pro aliquo priori rationis, si tamen in
 illo intelligatur esse vitalis: tum etiam quia esset contra
 rationem libertatis, nam pro illo priori intelligeretur de
 terminatus actus, imo & iam productus, ante quam in
 telligeretur voluntas exercuisse suam libertatem: tum
 denique quia si effectus pro aliquo priori intelligitur productus
 solo concursu Dei, superflueret postea concursus causa
 particularis, unde etiam neganda essent virtutes causarum
 secundarum. Dicitur ergo concursus causa prima prior
 concursu causa secunda, imo simpliciter dicitur concus
 sus primus, sicut & ipsa causa dicitur prima ex termino
 formali, quia scilicet respicit effectum, secundum primam
 rationem, quae in illo est, nempe secundum rationem
 entis; & hinc provenit quod sit etiam prior, a quo non co
 vertitur (ut aiunt) subsistendi consequentia, ut Molin
 na, supra; idem docet Cayetanus. 1^a parte. quae est.

14 artic. 13 vers. Nequei sustinendus, specialiter
ibi. Ad secundam vero objectionem, & quartis. 19 ad
finem.

22

Adde ulterius Deum diu causam primam, quod se-
cunda ab eo pendeat, cui ille communicavit participatio-
nem sua virtutis operativae, & illam conservat; & eadem
ratione dicitur primum liberum, quia voluntati com-
municat participationem sua libertatis tribuens illi fa-
cultatem se determinandi in suis actibus ad quam parte
maluerit; unde & actus noster liber reduitur in Deum
ut ⁱⁿ primum liberum, & hinc fit quod si per impossibile
Deus esset agens necessarium, voluntas etiam esset agens
necessarium; quia deficiente eo, quod est tale per se sentiam,
nequit esse aliquid, quod sit tale per participationem; cu-
quo tamen stat id, quod iam diximus ex S. Thoma
supra, quod si per impossibile Deus esset agens necessarium,
& voluntas in se ipsa maneret ~~scilicet~~ ^{sufficeret} modo, & Deus co-
curreret cum illa eodem concursu quo modo concurrat
actus voluntatis essent liberi.

Sectio. 18. n. 36.

aliam ratio quare di-
catur prima

unde colligitur de causa
endi esse ad rem causa
primam

Sectio. 18. n. 36

23

Ex dictis facilis est responsio ad ea quae in princi-
pio huius sectionis obijci ebantur. Ad primum iam dic-
tum est. Ad secundum Respondetur, causas secundas
vniuersales imprimere aliquam virtutem causis
secundis particularibus praeviam ipsi alicui; quia dis-
tant & a causa secunda particulari, & a subiecto in
quod causa secunda operatur; & ita nequeunt attinge-
re illud nisi esse diffundant aliquam virtutem, quam
ad huc non oporteret recipi in ipsa causa secunda, si recepta

Ad obiecta in principio
respondetur

Ad. 1. m. 2. m.

24

Cur causa secunda
vniuersales imprimat
aliquid praeviam &
non causa prima

in

in alio corpore posset immediate aproximari subiecto
 in quod causa secunda particularis efficit. At prima cau-
 sa qua immediata est omnibus rebus, non opus est, ut ipse
 diffundat aliquam virtutem in causam secundam, sed im-
 mediate coniuncta per se ipsam, & causa secunda, & eius sub-
 iecto immediate influat in effectum; sicut dum obiectum
 intelligibile distans est, requiritur aliqua virtus illius,
 qua recipiatur in intellectu ante operationem, sed dum ip-
 sum obiectum intelligibile per se est presens intellectui
 non id requiritur; unde essentia divina per se immedia-
 te, & sine aliqua specie media concurrens cum intellectu
 Beati ad producendam visionem sui.

Ad 3^m

Supra. n. 14. c. 15

Ad tertium constat ex dictis, non sequi illud in-
 conveniens; cum totus effectus, & tota actio, ut diximus,
 sit effectus Dei; complexum autem illud, in operari, nihil
 physicum supra haec addit, nisi ipsam entitatem voluntatis
 vel hominis operantis quam constat esse à Deo; procedere au-
 tem à voluntate, ut à causa principali, non promota ali-
 qua praevia actione efficaci, nihil aliud est dicere, nisi quod
 causa secunda, per propriam virtutem quam à Deo accepit
 causat sui effectus quod certum est secundum fidem.

25

Ad 4^m

Supra. n. 21

Vnde deducitur nec
 cessitas Univ. l. cae.

Ad quartum explicata est iam subordinatio cau-
 sarum ex qua sufficienter demonstratur una ^{prima} causa; tum
 propter subordinationem essentialem desumptam ex subor-
 dinatione rationum formalium, qua reperiuntur in com-
 muni earum effectui: tum ex eo quod quilibet causa secunda
 habet propriam virtutem ab alia causa, & ab ea conserva-
 tur, ex quo patet deveniendum esse ad unam primam

26

causam quae à nulla alia dependeat.

27
Ad 5.

Ad quintum respondetur modificari quidem & decerni
nari concursum causa prima à concursu causa secunda nō
quasi causa secunda agat aliquid in causam primam (ut aliqui
gravi, vel ignorantia, vel malitia tribuere Doctori Molinae)
imo neqz quasi concursus causa secunda, agat aliquid in
cursum causa prima, sed quod idem sit utriusqz concursus; qui
ut est à causa prima habet rationem concursus universalis,
& recipientis formaliter rationem entis, ut sic; at uti dicitur
à causa secunda habet rationem talis concursus determinati,
ut Latui in sequentibus explicabitur.

Ad 5.

qd sit causam.
2. determinare
causam. 3.

28

Ad sextum respondetur actum liberum nostrum
reduci in Deum ut primum liberum, sed sicut actus vitalis
reduci in Deum, ut in primum vivens; non quod immediate ha-
beat rationem liberi vel viventis, per respectum ad Deum ut
sic, (quod in ratione vitalis aperte falsum esse deprehenditur
non enim est actus vitalis ut sic, quatenus procedit à Deo)
sed quatenus procedit a potentia, quae habet participationem
vitae & libertatis divinae. & quae perinde agit ut instrumentum
viventis & primi liberi.

Ad 6.

actus neqz volū
reducit in Deum
ut in i. libere

29.

Jam ut secundo fundamento adversae partis certe
satis infirmo, satis faciamus, conciliare oportet eam
quam asserimus potestatem liberi arbitrij ad repug-
nandum gratiae, cum eiusdem gratiae dignitate
& virtute. In quo prius explicandum est, quae
sint supernaturales causa actus^{Supernaturalis, v.g.} contritionis, de
quo in sectione sequenti.

De concordantia
potestatis arbitrij
ad resistendum grā
cum virtute & dig-
nitate ipsius grāe.

QVAE SINT

QVAE SINT SV.

per naturales causas, seu au-

xilia gratuita altus contri-

tionis.

Sectio Trigesima 4^a

Duplex causa assignanda altus contritionis scilicet moralis & physica

In hac re observandum est in primis actum, ^{superiore, v.g.} contritionis v.g. dupliciter considerari. primo ut effectus est potentia moralis, qua movetur ex apprehensione obiecti, persuasionem, & exortationem etc. 2^o. ut est ens physicum sicut in scholis dicitur. extendendo nomen illud, ut non solum entia corporalia significet sed etiam entitatem quam libet in esse entis ut aiunt J.

Causa moralis est vocat^a gratia preveniens

Juxta haec, ergo, duae causa assignanda sunt altus contritionis, siue re, siue ratione distinctae. Prima est in genere moris. Secunda est in genere physico.

Sectio 5. n^o 4

In genere moris causa contritionis est gratia preveniens, quam Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 8. ut diximus supra, explicat esse vocationem, qua quidem excitat & movet ad operandum, & hoc modo altus ipse etiam ut est effectus physicus voluntatis, reducit in ipsam vocationem, tamq³ in causam in genere moris illius physicae causalitatis voluntatis. nam vocat voluntatem movet & trahit atq³ in eodem genere applicat, ut eliciat vel efficiat suo connatu physico ipsum altum contritionis. & in hoc genere consideravit potissimum Augustinus causalitatem gratiae, & dependentiam contritionis ab ipso a deo

Causam physicam contritionis superius non explicavit Augustinus.

ut

ut vix reperiat in Augustino aliquid pertinens ad
 physicam dependentiam, qua actus primus contritionis vel
 voluntas credendi dependet & fiat à gratia operante, magis
 eam physicam causalitatem significare videtur in actibus
 hominis iustificati præcedentibus à gratia iustificationis.

4 Nihilominus tamen quia id significare videtur Co-
 cilium Arausicanum, Capertius Tridentinum, nos exi-
 timantes actum contritionis, qui est dispositio ad gratiam,
 esse in sua propria substantia supernaturalem (quicquid ali-
 qui Doctores catholici contradicant) assignandam esse credi-
 mus aliquam supernaturalem causam physicam, cuius phy-
 sico influxu, fiat actus contritionis supernaturalis. Videatur
 Molina in Concordia sup^o quas. 14. artic. 13. tum alibi passim
 tum maxime disputa. 8. 12. & 38. specialiter in vers. Ter-
 tio assereamus. Hanc physicam causam supernaturalem
 aliqui putant esse realiter distinctam ab ipsa vocatione qua
 est causa moralis, & hi divisi sunt; nam sunt qui dicant
 ipsam causam esse ipsum Deum gloriosum, qui immediate
 per se ipsum assistens voluntati, influxu supernaturali ef-
 ficat actum contritionis; & est probabilis sententia, dum tamē
 ponat Deum hoc influxu immediate influere in actum contri-
 tionis, & non ipsam voluntatem, imprimens ei aliquam an-
 tecedentem motionem, ut adversariorum nonnulli sentire
 videntur, ut suas salvent prædeterminationes. Alij asserunt
 causam physicam supernaturalem efficientem ipsius contri-
 tionis, esse ipsum habitum gratiæ & charitatis, vel peni-
 tentiæ, ad quem disponit ipsa contritio, quam sententiam

Assignanda est ali-
 qua causa physica su-
 pernaturalis actus con-
 tritionis

† quam forte et do-
 cuit Aug. locis cit. &
 Greg. de Valen. l. 2.
 comm. 3. de disp. 8. q. 3.
 p. 4. post. 2. p. 1. d. 6.
 quod autem ex seqq. q. no
 refero, quod adversarij in
 eo non contradicant.

Causa physica super-
 naturalis
 actus contritionis à
 distinctione a vocatione

Aliqui dicunt esse
 ipsum Deum immediate

Alij dicunt esse habi-
 tum gratiæ & penitentiæ



Deffen

Refellitur

defendunt esse D. Thoma. At sicut omnino necessarium
puto, ut causa dispositiva, quae certè per suam propriam en-
titem disponit subiectum ad formam inducendam, praeter
ligatur omnino rei ipsa existens, & facta iam, atq; adeo facta ab
alia causa efficienti, quae antecedit ipsam formam inducendam
ex vitalis dispositionis; ita & verissimum existimo eam se-
tentiam, quae oppositum adstruit, alienam omnino esse à D.

Alij ponunt esse aliquid
praeter habitum Evocatum
neq; modo transcurrenti

na. disputa. 34 concordia ad artic. 13. quaest. 14. Tandem
7
alij ponunt physicam contritionis causam immediatam
esse aliquid aliud praeter habitum gratiae, quod per modum
transeuntis, ut aiunt, imprimit Deus ipsi voluntati, ut ap-
plicet illam & confortet ad operandum, ut oportet: id autem
quid sit & quid sit causa ex natura rei, ut transacta ipsa
libera operatione voluntatis, & illud etiam transeat, ad-
versarij neq; explicant, neq; ut opinor, explicare possunt.

Sententia auctoris

Causa supernaturalis contri-
tionis est aliquid creati-
vè inherens voluntati

8
Noster Molina, cuius sententiam in hac parte mul-
ti placere video, asserit Primò causam physicam altus con-
tritionis esse aliquid creatum, & consequenter inherens volun-
tati, quod satis probatur: tum quod Leges ordinariae non permit-
tunt ut Deus faciat perse ipsum, immediatè eum effectum,
quem per aliquam causam secundam eidem effectui pro-
portionatam facere potest: posse autem per aliquam causam
secundam elevari voluntatem, & cum ea facere actum
contritionis, sicut & reliquos actus, qui ex gratia procedunt
non videtur dubitandum: tum etiam quod ad suavitatè
divinae providentiae, spectat, ut voluntatem, quae est de se

impro

improportionata, eleuet per aliquid, quod sibi inhereat.

Secundo asserit eam causam physicam supernaturalem esse ipsam vocationem, quae partim est in intellectu partim in voluntate, ut explicat disputa. 8. Et sequentibus, super articulo. 13. quas. 14. Itaque eadem gratia vocationis est, qua Deus primo excitat voluntatem, vocando, persuadendo Et alluciendo illam, Et quae deinde efficit physicè alium ipsum contritionis. Id quod satis consonat Sancto Concilio Tridentino, nam sess. 6. cap. 5. Et cano. 4. ubi de gratia excitante atque de adiuvante, hoc est physicè concurrente, tanquam de eadem gratia loquitur. Specialiter notanda sunt illa verba. per eius excitantem atque adiuvantem gratiam: ei dem enim gratia utrumque munus tribuit, quod clarius adhuc explicant sequentia verba. eidem gratia liberi assentiendo Et cooperando. Ecce eadem gratia est, quae vocat Et inuitat assentientem, Et quae cooperanti cooperatur physica scilicet cooperatione. Eandem ponderationem habet canon 4. Negz difficilius est vocationem esse physicam causam contritionis cum voluntate, quam ut intentio, ut multi docent, sit physica causa electionis.

Negz diminutè sentit de libertate Dei, qui has gratias diuersas esse negat, quasi liberalitatem Dei deceat multiplicare dona sua. Et enim multiplicatio entitatum materialium, non est maioris libertatis signum, dum tamen ex paucioribus Et simplicioribus entitatibus, homini maneat eadem utilitas, quin potius perfectioni gratia, quae

Causa physica supernaturalis contritionis atque vocationis.

Tridentinum

Non pertinet ad libertatem Dei, neque ad utilitatem homini, neque ad perfectionem gratia multiplicare materialiter gratiae entitates.

diuinam simplicitatem immitatur, magis consentit ut
 una eademque sit quae utroque munere fungitur: est enim sim-
 plicitas perfectionis signum; neque ipsius actus indigentia, aut
 hominis utilitas exigit istam multiplicationem, dum ta-
 men, siue per unam, siue per plures gratias tandem homo
 & excitetur, & efficienter adiuuetur diuina gratia ad
 actus contritionis.

Concursus physicus ne
 per naturalis distinctus
 est realiter à refectione

Est tamen obseruandum (quod aduersarij Docto-
 ris Molina nolunt aduertere) ex eo quod dicamus, ut ex ac-
 tius sequamur verba & mentem Concilij Tridentini, ean-
 dem esse causam excitantem & efficientem, seu (quod idem
 est) gratiam prauecientem, & cooperantem, non negare
 cooperationem ipsam, seu influxum physicum eiusdem gra-
 tia, non esse aliquid ab illa distinctum, ac proinde ^{aliquid} ~~in se~~ am-
 plius habere, quod ad eius salutem pertineat, is, qui gratiae praue-
 cienti resistit, eoque consentit: est enim certissimum, gra-
 tiam ipsam prauecientem, dum, consentiente arbitrio, fit
 cooperans, habere nouum & specialem influxum ab eadem praue-
 cientem gratia realiter distinctum, eumque supernatura-
 lem, utpote sua propria causa proportionatum; sicut & reali-
 ter distinctus est influxus quo calor efficit ab ipso calore effi-
 ciente. An vero hic concursus vel influxus, auxiliium
 dicatur, an potius auxiliium solum accipiatur pro gratia
 tenente se ex parte principij, & non pro ipso actuali influ-
 xu vel efficientia, Quaestio est de nomine, ac parui momen-
 ti, illud negari nequit, concursum illum donum Dei esse
 atque gratiam, sed & auxiliium frequentius appellari solet.

Illud